

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Johann Heinrich Häner Johann Simon Hoë

**Miscellanea Philologico-Critica, Eaque Hebraica, Samaritana, Chaldaica, Syriaca,
Arabica, Aethiopica, Persica, &c.**

Iena: Krebsius, 1674

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn796722080>

Druck Freier  Zugang





C I a - 452(1) - 29.

1824

20.
17.

593.

At vero si vere hoc aestimare volumus, fatebimur, nullam al-
latarum opinionum sat firmo stare talo, sed omnes vacillare.

Certe vocabulum حوكى non mutuatur significationem a

587.

עמִי עֲשָׂו

MISCELLANEA PHILOLOGICO- CRITICA,

E A Q U E

HEBRAICA, SAMARITANA,
CHALDAICA, SYRIACA, ARABICA,
ÆTHIOPICA, PERSICA, &c.

Q u e ,

BENIVOLO SVPERIORVM INDVLTV,

P R A E S I D E N T E

M. JO. HENRICO Hætter/
Amplissimæ Facult. Philosoph.

Jenensis Adjuncto,

ad ventilandum proponit

R E S P O N D E N S

JO. SIMON Höë/ERFFURTENSIS,

Φιλανατ्तλικόγλωπθ.

H. L. Q. C.

a. d. Septembr. anni Cbristi 100 LXXIV.

Impensis a J E N A E ,

Ex Officina Orientali SAMVELIS KREBSI.

OMNIBVS. ERVDITIS. QVEIS. NOTVS. ES
NOTISSIMAM
NONNE HEC PONA PONODUM DIGNA SUNT

MATRONÆ generis splendore, pietate & omnibus
virtutibus sexum muliebrem ornantibus
maxime conspicuae

ANNÆ SABINÆ à Gensterer/

Filiis

GENEROSSISSIMIS, NOBILISSIMIS, MA-
XIME QUE STRENUIS

DN. THEODOR. HENNINGO

Vice-Colonello Equestri,

DN. ERNESTO GEORGIO à Gen-

sterer/

Vice-Capitaneo Equestri,

DN. ERASMO GEORGIO

Signifero Equestri,

Toparchis in Stetten & Ulrichshalm &c.

Ut &
DN. Wolff CHRISTOPHORO Bollen
à Borschitau.

Dominis suis gratiosis, Patronis, Promo-
toribus ac Evergetis omni observantie
cultu perpetim prosequendis;

Primitias hasce Academicas

ex veteri formula

Iubens meritoque

D. D. D.

Johann Simon Höe.

At vero si vere hoc æstimare volumus, fatebimur, nullam al-
latarum opinionum sat firmo stare tali, sed omnes vacillare.

Certe vocabulum حَوْلَمِي non mutuatur significationem a

593.

588.

Aydu وَجَوَامِعُ الْمَدِينَاتِ.

S V M M A R I A.

- (1.) A communis sententia, quæ vult, latus Christi sinistrum lanceæ militis haustum fuisse, discessum. Kirstenio & Crinesio partim consensum, partim absensem. Æthiops Job. XIX, 34. laudatus. (2.) Cur Apostoli Arabibus dicantur أَكْوَابُوكُونْ five Albi? Kirstenii, Golii, Warneri & Constantini L' Empereur opiniones desertæ. Vera vocis الحَوَّالِبُونْ originatio. (3.) Hebraico פָּהָר Efr. VII, 6. & Psalm. XLV, 2. vera significatio ex Æthiopismo Arabismoque restituta. Lutherus & R. Salomo Jarchi laudati. (4.) Sandii mendacissima de Equite S. Georgio relatio explosa. Patricidis five Eutychii Annales Arabice conscripti laudantur, eorundem Versio Latina Pocockiana emaculatur, novaque hujus auctoris editio correcta promittitur. Jo. Andreae Bosii laus. Sandium e tribus Georgiis cudiſſe unum Georgium. Patricides e Socrate & Sozomeno emenda-
sur. Castelli Lexicon Heptaglotton bis corrigitur. (5.) Je-
rem. II, 21. pro נְהַפְּכָת legendum נְהַפְּכָת ostenditur e MSC.
Zenensi. (6.) Pocockii note ad carmen Tograi alicubi emen-
datae. (7.) Accentum tonicum in Hebraismo nonnunquam
cadere in antepenultimam syllabam. Scheva legibile consti-
tuere syllabam. Capillus laudatus. (8.) Vav frequenter bis
consequenter desicere. Masoretha verbis AbenEsra & e Codice
Samaritano notati. (9.) Insignis discrepancia inter textum
Hebreum & Hebræo-Samaritanum Gen. XLIX, 11. In textu He-
bræo V. T. perinde, ac in Greco N. T. occurrere varias lectiones,
nec tamen cum ideo posse dici corruptum. Waltonus allegatus.
(10.) Loci Genes. XIX, 16. variantes lectiones. הַמִּזְרָחַ heic signi-
ficare unice dilectum. (11.) Variæ Lectiones Hebræa Gen.
XXV, 8. e textu Hebræo-Samaritano erute. Quare Samari-
tanij litteris interdum lineolam superponant?

A

Gre-

OMNIBVS. ERVDITIS. QVEIS. NOTVS. ES
NOTISSIMAM
NONNE HAEC BONA RONORVM DIGNA SUNT

Gregorii Francus & Leusdenius deseruntur. Vocis אֲרַדְשָׁנָה origo e Persia arceffitur. Artaxerxes Persice dici Ardeschir. Georgius Gentius allegatus. Etymologia nominis אַחֲשֹׁוֹרִישׁ Persica. Ludovicus de Dieu & Gravius commendati. (13.) Jo. Fabricius, Sixtinum ab Amama & Glassium perperam castigans, castigatur. Hebr. אֶלְעָנָה non ab אֶלְעָנָה sed ab אֶלְעָנָה descendere. (14.)

Formula Germanorum: Die Seele sitzt ihm auf der Zunge; explosa. Animam in fine vita non per os, sed per narcs efflari. Joannis d' Espagne Schibboleth Gallice conscriptus laudatur, versioque hujus libri Germanica, ut & reliquorum hujus viri scriptorum promittitur. (15.) Ingens Laurentii Fabricii error. (16.) Castelli lapsus memoriae. (17.) Vorstii, afferentis Matth. XXV, 24. & Luc. XIX, 21. extare adagium, sententia confirmatur ex Arabica lingua. (18.) Castello in interpretanda voce حَمْدَةَ الْجَنَّاتِ beatitudines ventris Æthiopismum latere. Genitivum apud Syros etiam per litteras ? & حَمْدَةَ junctim præfixas exprimi. (20.) litteris suis initialibus forte alludere ad Apocalypticum A & Ω. Laus Andreæ Mulleri. (21.) Grammaticarum Syricarum in formandis diminutivis defectus suppletur. Lexicon Heptaglotton Castelli multis vocabulis tam Syriacis, quam Samaritanis aliisque augetur & corrigitur.

I.

BQuodnam latus Christi jam defuncti lancea fuerit haustum, de eo non convenit inter auctores, textu avthentico Scripturæ S. Joh. XIX, 34. nihil definiente. Effossum esse latus ejus finistrum, communis fere est sententia, qua, velut torrente, abrepti, pictores, statuarii & chalcographi ad unum omnes finistrum Christi de cruce pendentis latus vulnere confossum effigiant. Contra ea alii verius aestimantes, adserunt, apertum fuisse Christo latus dexterum, idque rationibus haut speniendis stabilitum eunt, & quorum partibus quidem & nos stamus, neque tamen omnia

At vero si vere hoc aestimare volumus, fatebimur, nullam al-
latarum opinionum sat firmo stare tali, sed omnes vacillare.

Certe vocabulum حَوْلَيْ non mutuatur significationem.

593.

omnia, quæ adstruendæ huic sententiæ adseruntur, proban-
tes. Qualia sunt nonnulla, quæ Kirstenius & Crinesius, ille in pre-
fatione lib. I. Grammat. Arab. p. 5. hic in Discursu de confusione lin-
guarum cap. XII. quest. 4. p. 135. & seqq. ex Kirstenio, habet. Ver-
ba Kirstenii l. c. hæc sunt: Probant etiam (pleraque scil. scripta
sacra Arabica lingua scripta fuisse,) circumstantiae historiarum
sacrarum utilissimæ, quæ in nullius alterius linguae textibus reperiun-
tur, qualis est illa Joh. XIX, 34. quæ exprimit, quod latus Salvatoris
nostræ, in cruce pendens, unus militum, lancea aperuerit, dextrum ni-
mirum, id quod summa constantia omnes typis & calamo scripti textus
Arabici exprimunt. Minus itaque pie, non ignobiles quidam nostri
seculi Philosophi Christiani, fecerunt, qui vere miraculosum hunc san-
guinis & aquæ ex vulnere illo Salvatoris nostri, jam defuncti, efflu-
xum, plane naturalem esse scripsierunt, statuentes in sinistro latere il-
lum factum fuisse, ob capsulam cordis transfoßam. Hoc enim si ve-
rum esset, cur Evangelista testis oculatus, tergeminatam hanc assertio-
nem, verbis proxime sequentibus apposuisset, verl. 35. Et qui vidit,
testimonium perhibuit; & verum est testimonium ejus. Et
ille scit, quia vera dicit, ut & vos credatis; quod, non recordor, in
comprobando ullo, quantumvis maximo etiam, miraculo in tota sacra
Scriptura evenisse. Neque est, quod quidam hanc triplicem assertio-
nem ad universam Evangelii præcedentem historiam referant, verifi-
culi enim subsequentes mox, facile hanc controversiam diluunt. Cri-
nesius autem l. c. sic loquitur: §. 1. Quibus ea felicitas contigit, ut
aliquid antenius saltem studia Arabica rimari queant, ne, præter ob-
lectamentum, etiam emolummentum indidem ferent ter maximum.
§. 2. Primi enim ex gentibus fuere Arabes, quos Paulus, post suam con-
versionem, invisiſſe legitur Galat. I, 15. §. 3. Et nil habetur in Codice
noſtro ſacroſancto, cum primis in Novo instrumento, quod Arabes non
tranſtulerint in ſuam vernaculaſtam &c. Et paullo post pag. seq.
§. 7. Ut autem brevitati ſtudeamus, placet; amunicum illum indigita-
tum locum Johanneum (cap. XIX, 34.) Λαοὶ δὲ noſtri attingere &
ex oſculari candidiſſimam declarationem Arabicam, quæ definite no-
minat latus, quod Christo in cruce jam vita ſuafuncto, impientiſſimus
quidam miles, inhumaniſſime aperuit, ſcilicet dextrum, idque summa
constantia omnes typis & calamo scriptos textus Arabicos expri-
munt.

A 2

mere,

590.

OMNIBVS. ERVDITIS. QVEIS. NOTVS. ES
NOTISSIMAM

mere, afferit idem Kirstenius ibid. (nempe loco a me supra allegato.) §.8. Translatio textus Arabici talis est: פָוּ גְּבַבָּה בְּחֶרְבָּה אֶלְיָהָן h.e. perfodit gladio suo in latere ejus dextro. Et deinceps

§.10. Pudore itaque suffundatur hinc Calvinus, qui αἰμα θυδατίς σει illam lateris Christi, & θωμασὶ & prorsus naturaliter evenisse, scribere non reformidat super presentem locum Johanneum. §. II. Statuit enim is effluxum illum factum fuisse, ob capsulam cordis in latere sinistro, eoque nihil insolitum, nihilque prater nature ordinem evenisse. §.12. Verba illius sunt hecce: Naturale est, dum coagulatur sanguis, amissor rubore fieri aquæ similem. Notum etiam est, in membrana praecordii vicina aquam contineri. §.13. At, si τοῦ οὐτού hoc evenisset, ecur, quæso, tergeminata assertioneν Evangelistes verbis apposuisset hisce: Καὶ ὁ ἑωρακὼς μεμαρτύρηκε, καὶ ἀληθὴν αὐτὸς ὅτι οὐ μαρτυρέσαι. Κακεῖνος δὲ οὐ πιστὸν λέγει, ἵνα καὶ ιμεῖς πιστόντες v.35? &c. Hæc ille. Quod ad Kirstenium attinet, is primo negat, in ullius alias lingua, nisi Arabicæ, textibus reperiri, Christi latus dexterum perfoſsum esse. Deinde ait, id summa constantia omnes typis & calamo scriptos textus Arabicos exprimere. Sed fallit & fallitur in utroque. Utut enim non prorsus negarim, fieri posse, ut in una alterave versione Arabicæ ejuscemodi quid legatur (quippe omnes & singulas Versiones Arabicas inspicere mihi datum non est) in omnibus tamen Versionibus Arabicis id extare pernego. Arabs certe Londinensis nihil tale exhibit loco supra citato. Au-

دِيَنْ وَاحِدًا مِنْ الْجُنُبِ طَعْنَةً حَرَبَةً i.e. Sed unus ex militibus pupugit latus ejus lancea.

Vides, heic latus punctum lancea tantum commemorari perinde, ac in Graeco textu; de dextero autem latere altum h. l. est silentium. Qua veritate proinde adfirmare sustinebit Kirstenius, id summa constantia omnes typis & calamo scriptos textus Arabicos exprimere? Præterea μάχα λίαν αἴσημα est, dicere, in nullius alias lingua, nisi Arabicæ, textibus reperiri, dextrum Christi latus perfoſsum esse. Kirstenio profecto hæc non excidissent, si linguam Æthiopicam callens, versioni

Æthio-

At vero si vere hoc estimare volumus, fatebimur, nullam al-
latarum opinionum sat firmo stare talo, sed omnes vacillare.

Certe vocabulum حَمْدَةٌ non mutuatur significationem

593.

591.

Æthiopis consulendæ fuisset, sic habenti: የስት አስተዳደር
አሸጋኑ ሁኔታ ተወስኑ ስምዕኑ በስተዋና (lege:
ዘምኑ በስተዋና) i.e. Sed unus militum fudit latus ejus
DEXTERVM cum lancea. Audin', expressam heic LATERIS
DEXTERI LÆSI mentionem inferri? Ceterum Crinesius
adfert quidem aliquam versionem Arabicam, sed non facit
mentionem, qualis illa sit, (e Kirstenio, qui nullius Arabicæ
versionis verba allegavit, eam petere nequivit, cum tamen
omnia sua, quæ supra protulit, ex solo Kirstenio hauserit.)
ita, ut veniat mihi in mentem vereri, ne Crinesius ipse finxe-
rit hæc verba, vel saltem voculam حَمْدَةٌ de suo addiderit.
Nam si ipse inspexisset versionem quandam Arabicam, illam
dubio procul (quod alias in rebus levioris momenti facere
solet) laudasset. At vero nil aliud h.l. facit, quam ut ad Kirste-
nii verba supra citata provocet. Huc accedit, quod pro Ara-
bico حَمْدَةٌ gjembabo, latus ejus legit h.e. si Arabicis lit-
teris hanc vocem exares, حَمْدَةٌ globababo, i.e. ejus tunicas ex
panno gossipino, vel etiam carpos manuum ejus, adeo, ut juxta verfi-
onem ab ipso citatam dicendum esset contra textum avthen-
ticum, Christi carpum manus dexteræ (non latus) læsum fuisse
hasta stratiotæ. Nisi dicere velimus, Crinesium, si quam in-
spexit versionem, lapsum esse ob magnam litterarum Arabi-
carum medianarum ḥ & ḫ adfinitatem, quæ, quando puncto
duntaxat discriminantur, facilime inter se confundi possunt
ita, ut pro aliquis legat حَمْدَةٌ, præsertim si vocales, &,
quod sæpe fit in MSS. Arabicis, puncta diacritica absint. Vid.
Kirsten. Gramm. Arab. lib. I. p. 71. & eundem in Vitis Evangelistarum
quatuor p. 17. Addatur Gramm. Arab. Erpenio - Goliana lib. I. p. 8.
Vel minimum expressum est apud Crinesium حَمْدَةٌ pro
הַמְדֹהֶה mendose pro הַמְדֹהֶה posito, quæ duo elementa in Alpha-
beto Hebraico facili quoque negotio confundi solent.

II.

Apostoli Arabibus dicuntur أَنْجُولِيَّوْنَ cuius vo-
cis
A 3

OMNIBVS. ERVDITIS. QVEIS. NOTVS. ES
NOTISSIMAM

cis significatum viri LL. Orientalium peritissimi tantum non omnes unanimi consensu ex Arabicalingua deducunt a Rad. حَارِمَ (حَوْرَمْ pro) quæ inter alia denotat: candidus fuit. Audiemus hoc e Triumviris celeberrimis Kirstenio, Golio & Warnero. Primo loco adducemus Petrum Kirstenium in vitis Evangelistarum quatuor p. 15. & seqq. sic loquentem: Duo porro ex his quatuor Evangelistis, Matthæus videlicet & Johannes, alio insuper nomine in his prolegomenis (MSC. Codicis Arabici Cæfarei) capite quinto appellantur, nimirum de Apostolis duodecim capite quinto appellantur, nimirum de Apostolis duodecim *sive Albis*, quos elegit Dominus noster, de cœtu Discipulorum, & vocavit eos Apostolos. Verba autem Arabica hæc sunt: هُنَّ اثْنَانٌ مِّنَ الرَّسُولِ الْأَتَّنِي عَشَرَ حَوَارِمِيْ * الَّذِينَ أَخْتَارُهُمْ سَيِّدُنَا مِنْ جَمِيلَةِ النَّلَامِبَدِ وَالْمَسَاجِدِ حَوَارِمِيْ سَلَالِيْ وَهَا مُثْبِتٌ وَيَوْحَنَاءُ E quibus verbis clarissime constat, duodecim Apostolos Salvatoris nostri Jesu Christi, de quorum numero fuerunt hi duo Evangelistæ, peculiari nomine حَوَارِمِيْ *sive Albos*, in Arabia prima Ecclesia vocatos fuisse. Dicitur autem Arabibus alias communiter hæc vox الْحَوَارِيْ de tritico albissimo, Avicenna teste lib. 2. Canon. Capitulo حَنْطَةً *sive Triticum*. Cur vero duodecim his Apostolis eadem vox ab Ambibus attributa sit, non indignum consideratione videtur. Quidam viri doctissimi putant, eis hoc nomen inditum esse ab albis vestibus. Quæ sane opinio non admodum absurdâ esse videtur. Sicut enim in primitiva Ecclesia, quod baptizati albis vestibus lineis inducerentur, ut uestes illæ essent testimonium eorum baptismi & regenerationis, Dominicæ in Albis dicta est. Ita ab Apostolorum horum duodecim uestibus albis, tanquam a primatibus Ecclesiæ hic ritus recens baptizatos albis uestibus ornandi, desumptus esse potuit, indeque hi Apostoli Alborum nomen obtinuerunt. Quod si quis hoc nomen his duodecim Apostolis propter doctrinæ puritatem seu candorem attributum fuisse diceret, neque iste magni erroris accusari posset. Quemadmodum enim inter omnia frumenta

At vero si vere hoc aestimare volumus, fatebimur, nullam al-
latarum opinionum sat firmo stare tali, sed omnes vacillare.

Certe vocabulum حَوْلَى non mutuatur significationem a

frumentorum genera triticum est optimum & in variis tritici specie-
bus illud adhuc præstantissimum, quod Arabibus dicitur حَوْلَى :

Ita etiam horum duodecim Apostolorum doctrina, in omnibus optimis
doctrinis, semper fuit præstantissima. Jure itaque hoc epitheton ipsis
etiam Apostolis, tanquam hujus doctrinæ propagatoribus, tribuitur.
Hujus vero puritatis sive candoris respectu hæc doctrina laeti
obtinuit nomen I. Corinth. III, v. 2. Hebr. V, v. 12. & 13. I. Petr.
II, 2. Ipsius etiam effectus gratia doctrina Apostolorum tritico opti-
mo, sive حَوْلَى خَطِيَّةً حَوْلَى optime comparatur. Sicut enim hoc
(præter alias infinitas utilitates) hominis corpus, pre cunctis aliis gra-
nis, si recte preparatum concoquatur, optime nutrit alitque : ita ho-
rum doctrina, si debito modo suscipiatur, animam hominum vere nu-
trit alitque in vitam æternam. &c. Si vero quis hos duodecim Apo-
stolos propter ipsorum vitæ candorem, puritatem, simplicitatem ac in-
nocentiam sic dictos affirmaret, forte neque is omnino aliena diceret.
Ulti nec ille, qui ideo hoc factum fuisse assereret, quod hos suos duode-
cim Apostolos ipse Salvator noster tritico comparaverit, Luc. XXII,
v. 31. Hæc Kirstenius. Non amo prolixiores exscriptiones,
sed libuit hæc, ut & alia auctorum loca prolixa, heic adscribere
in gratiam eorum, qui libris hisce, ut ipsimet loca citata
evolvere possint, instructi non sunt, quorum etiam rationem
habendam putavi. Kirstenium excipiat Jacobus Golius, qui in

Appendice Gramm. Arab. Erpenii p. 205. ad vocem حَوْلَى يُونَ

i. e. Apostolis hæc annotat: Ita dicuntur a voce HAVAR, quæ can-
dorem notat; id est, electi & candidi: sunt illi, qui in Jesum primi
crediderunt, numero XII. Traditur autem a quibusdam, eos candi-
datis vestibus dedisse operam, fullonum more. Gel. Hoc quidem
nugatorium est; inde natum, quod eadem dictio (rectius: vox)
HAVARION vulgato usu fullonem notat. Attamen ista dicti
nomine videntur Apostoli, ceu Chald. נָזְרִים candidi; vel quod fin-
teri amici & ministri Christi; vel quod albas induit floras pingi sole-
rent in Oriente; vel quasi φωλιόντες, aut φωλιζόμενοι i. e. prælu-
centes alii, aut illuminati: vel pro נָזְרִים Hebr. i. e. principes &
antesignani, Jerem. XXIX, 6. Hæc Golius. Cui tandem subjungo

Lei-

OMNIBVS. ERVDITIS. QVEIS. NOTVS. ES
NOTISSIMAM

Levinum Warnerum, in Compend. Mubam. de Christo & Christ. rel.
p. 34. & seq. Qui omnium, inquietem, primi suscepereunt doctrinam Christi, discuntur Alcorano حَوَّارِيُونْ Apostoli. Cujus nominis attendenda est origo حَوَّارِيُونْ وَخَالِصَةٌ حَوَّارِيُونْ id est, حَوَّارِي vir est, quem purum & mundum reddidisti. Derivatur a vocabulo حَوْمُونْ quod est album. Ipsum حَوْمُونْ autem scito esse a حَوْمُونْ album, candidum: littera non sunt diverse, significatio est eadem. Verbum fullonibus tribuitur. Sic diceas يَبِضُونْ id est, التَّبَابُ albas redunt vestes. Eodem sensu quoque Chaldeis & Syris حَوْمُونْ usurpatur informa Pabel, lavare, album & candidum reddere. Sed quare Apostoli vocati sunt حَوَّارِيُونْ candidi, puri? Dici posset, ideo hoc factum, quod creditum sit, eos induitos fuisse حَوْمُونْ albis vestimentis scil. quomodo illa vox Actor. X. sumitur. Sed omnino heic audiendus est vir Nobilissimus Constantinus L' Empereur, doctor meus, cuius de humanitate & doctrina nunquam quisquam ita magnifice dicit, quin id virtus ejus exsuperet. حَوَّارِيُونْ inquit, vertere licet, puri, magnates, electi, denique Apostoli. Etenim est a حَوْمُونْ quod primo in variis linguis album esse denotat: albedine autem passim puritas & sanctitas indigitatur; uti in Apocalypsi non semel: quia vero albae vestes erant magnatum, idcirco primarii atque heroës isto nomine veniunt, quasi illustres dicas (uti cod. deleg. i. pag. 26. observavi,) valde albicantia enim lucida esse solent: qualia cum optime videri queant, ipsum verbum & intueri ac prospicere significat. Hinc eligendi notio: nam eligendo nobis prospicimus, de iis quae munda sunt, primaria, præ reliquis eminentia. Unde fit, ut in 8. Conjug. Arab. significet eligere. Itaque Apostoli merito illo nomine: quia 1. puritate 2. præcellunt reliquis, 3. atque a Christo electi, 4. ut prospiciant aliis, eorumque fint Θίονον Actor. XX. 28. ubi de iis dicitur, qui vulgares erant doctores; nedum de ipsis Apostolis. Haec tenus Warnerus. Plausibiles juxta ac ingeniosæ primo intuitu vindentur rationes allatae ita, ut facile ad assensum inviteris.

At

At vero si vere hoc aestimare volumus, fatebimur, nullam al-
latarum opinionum sat firmo stare talo, sed omnes vacillare.

Certe vocabulum حَوْلَيٰ non mutuatur significationem a

Rad. Arab. حَارٌ quatenus idem significat, quod *candidus* fuit, sed a Radice Æthiopica ስዕርት bawir i.e. ire, incedere, ingredi, proficisci, a qua derivatur nomen ስዕርፕት bawaryjá, nuncius, legatus, missus a proficiscendo sic dictus; in specie vero *Apostolus*. A partibus nostris stantem habemus Dn. Ludolfum, qui ad vocabulum ስዕርፕት in Lex. Æthiop. p. 41. hæc annotat: Nota hic originem Arabici حَوْلَيٰ missiam alibi querendam, quam in hac nostra lingua (Æthiopica scil.) Et quamvis hæc verba Dn. Castellus Lexico suo Heptaglotto, quod miramur, non inseruerit: attamen ad vocem ስዕርፕት *Apostolus*, missus, addit in parenthesi: *Ministri Evangelici ab eundo nomen habent*; sic etiam አዋጅት Hæc ille. Significat autem ዘዕሩት (modo enim per አቶ modo per ዘቶ scribitur, quæ litteræ ab imperitoribus librariis haut raro conturbantur. Vid. D. Ludolf. Grammat. Æthiop. lib. I. c. I. p. 6.) *praconem, concionatorem*, a Rad. ዘዕሩት circumire, ut adeo concionator a circumeundo, apud Æthiopcs suam trahat appellationem. Quin & notionis verbi ስዕርት motum localem denotantis vestigia deprehenduntur in ipsa Rad.

Arabica حَارٌ cui vox حَوْلَيٰ incunabula debet sua. Hujus enim Verbi princeps significatio est redire. Vide Golii Lexic. Arab. p. 664.

III.

Esr. VII, 6. Efras vocatur סֹופֶר מִהְיר quæ ḥə̄təs etiam occurrit Psalm. XLV, 2. eamque vulgo male vertunt *Scriba festinus* seu *velox*. Si dicendum, quod res est, hæc voces vertendæ sunt: γραμματεύς μαθητής, i.e. doctus, eruditus, peritus & exercitatus legis doctor. Sic optime B. Lutherus Esr. VII, 6. eas reddit: Ein geschickter Schriftgelehrter; non æque bene Psalm. XLV, 2. ein guter Schreiber/ contra, ac Chaldæus: ספרא רַבֵּיל i.e. Legisperitus exercitatus. Nam non publicus tantum scriba, sed

B & Le-

plura interclusa.

C

V. Rect.

& Legisperitus γραμματιώς, quod Hebreo סופּ respondet, nomine venit Matth.XIII, 52. &c. Quamvis autem מחרּ descendat a Radice מחרּ i.e. festinavit: nequaquam tamen existimandum, hoc Verbum nullos alios agnoscere significatus. Velut enim haut paucis radicibus varia subsunt notiones, etiam in una eademque dialecto: ita vox מחרּ ex Æthiopica, quæ & ipsa origine orientalis est, potissimum lingua commodissime videtur explicari posse. Nam Radix תולע† quæ est II. Conjugationis, docendi significatu gaudet: in VII. Conjug. תולע† doctus fuit, didicit. Confer Dn. Ludolfi Lex. Æthiop. p. 50. Ut adeo מחרּ ex aße conveniat (1.) cum Æthiopico מחרּ mybur i.e. doctus, peritus, eruditus. (2.) cum Arabico מחרּ mahiron i.e. acutus, ingeniosus, solers, peritus, doctus, a Radice מהרא mahara, acutus ingenio & solers fuit, in re exercitatus fuit & excultus. Vid. Dn. Castelli Lexic. Hept. p. 2008. & (3.) denique cum Syriaco מחרּ i.e. peritus. Tandem ipsumet Hebreorum magistri, (quibus in more positum est, ut ubi difficultatis aliquid in Lingua Hebraica occurrit, ad Arabicam aliamve Orientalem configuant, vocum in ea significacionem venatur) vocabulum מחרּ eodem modo interpretantur. Ita namque Rashi seu R. Salomo Jarchi in Comment. ad Psalm. XLV, 2. תחתי ביסורי של ר' משרּ הירשן מחרּ ברע בקי i.e. Vidi in libris R. Mosis (cognomine) concionatoris, Arabice denotare probatum & exercitatum.

IV.

Christophorus Christophori Sandius, Arianus, in Enucleatæ, quam vocat, Historia Ecclesiastica lib. 2. p. 96. & seqq. præferens, se aucturum de Georgio Ariano, Episcopo Alexandrino, veris falsa miscendo prolixam texit dissertationem. Non pigrabimur verba ejus omnia adscribere, quæ recensita sub examinis incudem revocabimus. Illa vero sic habent: Ruffinus d. l. (np. I. 19.) scribit in ejus (Athanasii) locum constitutum Episcopum Georgium, quem Cappadocem ajunt Athanasius & ex eo Theodor. II. 14. Hie est ille

Warnerus. Plausibiles juxta ac ingeniosæ primo intuitu videntur rationes allatae ita, ut facile ad assensum inviteris.
At

ille S. Georgius Cappadox martyr & eques, in eius honorem hinc in de templis sunt edificata, eaque dedicata. De eo in Rom. Breviar. dicitur: Hic nos salvat a peccatis, ut in caelo cum Beatis Possimus quiescere. Virgo filia Regis, pro qua pugnavit, fuit Ecclesia Alexan- drina. Draco, quem transfodit, fuit Athanasius, quem Ariani Draco nem fere nuncupabant. Vid. Job. Lud. Gotfridi Chronica part. IV. Et Hornius Hist. Eccl. N. T. period. i. art. 3. §. 15. de eo ita scribit: Athanasium Julianus ab exilio revocaverat, in eis ipso paullo ante Geor- gii Ariani, mortalium omnium pessimi, locum. Hic est ille, quem vul- gus S. Georgium vocat, & cataphractum ac Draconem cuspide trans- fidentem (lege: transfigentem) singit: in cuius etiam honorem soci- etates passim institutae sunt. Martyrio autem eundem occubuisse sub Juliano audiemus. Accedit, quod & Vincentius Hist. XIII. 131. S. Georgii adversarium vocitet Athanasium Magum, qui S. Georgio venenum hauriendum dedit. Constat autem & gentiles (Ammian. Marcellin. lib. 15.) & Arianos sepiissime Athanasium magie insimulasse, & Athanasium Georgii adversarium fuisse, & tandem Athanasium Georgio veneno necem quesuisse. Simeon autem Metaphrastes in vita S. Georgii addit Athanasium illum Magum credidisse Christum esse Deum. Vid. Surium & Aloysium Lipomanum, & hanc ob causam putio Gelasium di. 15. Ca. S. Rom. apocrypham declamasse historiam & passionem Georgii martyris. Nam Arianos eum pro martyre habuisse liquet ex Amm. Marcellino Lib. XXII. Nec alterius martyris Georgii hoc antiquioris mentio unquam injicitur in historia Ecclesiastica Eusebii. Hunc Georgium etiam inter Prophetas numerant Muhammedani, vocantes eum Gerges, quod vero hic idem sit Georgius Cappadox, testatur Patricides in histor. Eccl. dicens genus Mar Gergis fuisse ex provincia Cappadociae. Eundem martyrem paullo ante vocavit. Syriacum autem vocabulum est ΖΩ, quo utuntur Syri, quoties doctorum suorum meminerunt. (At Philo in Flaccum scribit Syros τὸν Κύριον nominare μάρτιον.) Kessous de vitis Patrum haec de eo scribit: quod religiosus fucrit, (servus Deipius) nec tamen Propheta: quodque tempore ejus vixerit Rex ex filiis Barbarorum, qui in terra Mauzal habitarit. Imo forte hic idem est Gerges vel Georgius, cuius Patricides alias meminit, & quem Elmacinus in histor. Saracen, dicit missum ad Regem Persarum Schabur, cumque Regi curato, cum consenuisset, & vir-

tus ejus debilitata fuisset, visum restituisse: Certe coetaneos Gregorium (lege: Georgium) nostrum & Regem illum fuisse necesse est, cum constet Regem capisse regnare ante Constantimum, & adhuc superflitem fuisse Valentis temporibus. Vid. hist. Orient. Hotting. L. 1. c. 3. "Schickhardus apud eundem d.l. Georgius, inquit, Christo posterior, fortasse solius religionis intuitu, velut magnus Ecclesiae Doctor, Salvatoris ad latus fuit appositus a Muhamedanis. Tandem Busbequius Ep. 1. de leg. Turc. dicit Turcas heroi suo Chederli eadem miracula de Virgine & Dracone adscribere, quae Christiani D. Georgio, eosdemque Turcas fabulari eundem esse Chederlen & D. Georgium. Socrates II.29. scribit hunc Georgium esse eundem cum eo, cajus ante tanquam Episc. Alexandrini meminerat. Haec de S. Georgio Sandius. Idem de eodem Encl. H.E. lib. 2. p. 135. sequentia tradit: Alexandrini in Georgium Episcopum in Ecclesia impetum faciunt, velut jamjam imperfecturi. Verum impetu in praesentiarum represso, illo quidem tempore eum in vinculis solum tenebant; sed non ita diu post primaluce propere ad carcerem concurrentes, illum inde extractum camelio alligant & discerpunt, totumque diem contumeliis lacenatum, postremo sub crepusculum non sunt veriti ipsum una cum bestia comburere. Clades haec Georgio inflicta fuit per fautores Athanasii, hujus sententia eis ducatum præbente. Haec tenus Sandius. Qua in narratione varia spongiam merentur. Nam, ut multa, quæ de Athanasio fingit, præterea, Sandius h.l.e tribus Georgiis nobis unum cudit, quæque de Georgio Cappadocie martyre & de Georgio Medico Indico referunt auctores, illa omnia ad suum S. Georgium Arianum pessimam fide accommodat. Provocat equidem ad Patricidem, sed neque tommum, neque paginam citat, ne fraus tam cito possit animadvertisi. Ut autem mendacissimi hujus hominis doli detegantur, omnia, quæ de IV. Georgiis diversis memoria prodidit Eutychius sive Patricides, Patriarcha Alexandrinus, in *بِطْمَ الْكَوْهُ* Contextione gemmarum sive Annalibus, a Dn. Edwardo Pocockio Oxonie 1658. editis, heic attulisse juvat, maxime, quum auctor in paucorum manibus & multis plane ignotus sit. Diximus autem supra, Ibn Patrik sive Patricidem IV. Georgios eosque diversos in Annalibus suis memorare. Horum *primus* est

Geor-

Warinus. Rationes juxta ac ingeniofæ primo intuitu videntur rationes allatae ita, ut facile ad assensum inviteris.
At

Georgius Cappadox, qui martyrium in Palæstina subiit, de quo agit Annalium tomo i. pag. 402. his verbis: وعدوا مار جرجس

باصناف العذاب وقتلوا بغلستين وجنس مار جرجس
i. e. ex versione Pocockii: *Iidem*

(scil. Diocletianus & Maximianus) *Sanctum Georgium variis suppliciorum generibus cruciatum in Palæstina morte affecerunt: qui Sanctus a Cappadocia genus duxit.* Et hic est ille locus, ad quem supra provocabat Sandius his verbis: *Quod vero hic idem sit Georgius Cappadox, testatur Patricides in Histor. Eccl. dicens, genus Mar Gergis fuisse ex provincia Cappadociae.* Secundus est Georgius medicus Indus, de quo agitur in *Patricidis Annalium tomo i. p. 470.* Quoniam autem hac ipsa pagina textus Arabicus & pag. 471. versio Pocockiana nobis emendanda est, verba nonnulla, quæ relationem de Georgio medico antecedunt, simul subiiciemus. Ea vero sunt hæc:

وملك قسطنطين اثنين وتلاثين سنة ومات وجميع معاش قسطنطين خمسة وستين سنة ومات وخلف ذلك اولاد فسما الكبير باسمه قسطنطين والثاني سماه باسم أبيه قسطن والثالث سماه قسطنطيوس فولى قسطنطين مدينة القسطنطينية وولي قسطنطينية والشام ومصر وولي قسطنطيوس (lege قسطنطيوس) مدينة رومية فاما سابعهم ابن هرمن ملك الفرس فبنا مدينة بالسوس وسماها خوة سابعهم وبنا مدينة بالسوان وسماها فيروز سابعهم وبنا مدينة بالهند وسجستان وحفر أنهاما كثيرة وبنا قناطر وجوامع

Quæ
Dn. Pocockius ita transtulit: *Imperavit autem Constantinus annos triginta duos, dein obiit, cum annos sexaginta quinque vixisset, tribus relictis filiis, quorum natu maximum sibi cognominem Constantimum appellavit, secundum de patris sui no-*

mine Constantem, tertium vero Constantium; quorum Constantium, Constantinopoli; Constantem, Antiochiae Syriæ Damascenæ, & Aegypto; Constantem, urbi Romæ præfecit. Sapores vero Hormozi (Hormisdæ) filius, Persarum Rex, urbem Susis exstructam, Choat-Sabur appellavit, aliam in regione Sawad, Phiruz-Sabur; urbes etiam in Sindia & Sejestan condidit, nec non multos effodit fluvios, fornicesque & pontes exstruxit. In qua versione duo latent errata in Nominibus propriis commissa. Nam (1.) pro: Constantem urbi Romæ præfecit; legendum: Constantium urbi Romæ præfecit; ut versio Latina Arabico textui respondeat pariter & ne Constans bis ponatur. (2.) pro: urbes etiam in Sindia & Sejestan condidit; reponendum; urbes etiam in India & Sejestan condidit, sic legi jubente textu Arabico. Ecquænam enim regio Sindia? Certe Utopica. Obiter heic monemus, Dn. Pocockii versionem passim ejuscemodi erratis, præsertim in Nominibus propriis, scatere. Nam quemadmodum a Seldenio in *Commentarii in Eutychii origines Alex.* p. 90. & deinceps e Codice Oxoniensi corrupte exhibentur Arabica nomina Patrum, qui Synodo Nicaenæ interfuerunt, ut docuit multis exemplis beatus vir, Dn. Jo. ANDR. BOSIVS, Polyhistor celeberrimus, quondam Præceptor ac Hospes meus etiam post fata colendus, in sua Exercitatione Historico-critica *Ἡγετῶν Βασικῆν* in Periocham Flavii Josephi de Jesu Christo p. 56. & seqq. Sic in versione Eutychii Pocockiana Nomina Propria Latina sæpe Arabicis minus bene respondent. Quamobrem Patricidem, ζωὴ τῇ τῷ Ἰησῷ παλάμα, in versione Latina innumeris mendis repurgatum, omisso textu Arabico, jussu laudati Dn. BOSII, olim publici juris faciemus, ut consulamus illorum studiis, qui, expertes Arabicarum litterarum, hunc rarum auctorem legere gestiunt. Sed velut antidhac conquestrus est editor Patricidis sive Eutychii, celeberrimus Pocockius, dolendo fibi fato ereptum esse Seldenum, qui operis, cuius auctor fuit, sive editionis Eutychii, patrocinium suscipere debuisset: ita proh dolor! quoque in præsenti eodem modo mihi conquerendum est. Nam BOSIVM mihi meum, qui plurimis, quibus nunc destituo, subsidiis, meam solari potuisset inopiam,

Abstine

WARRIOR. Rationes juxta ac ingenioræ primo intuitu videntur rationes allatae ita, ut facile ad assensum inviteris.
At

70.
17

Abstulit alia dies & funere mersit acerbo.

Sed e diverticulo in viam. Sequitur nunc apud Patricidem l.c.
narratio de Georgio Medico :

فلا كسر ضعفت قوته وكل
بصره وسقط حاجباه على عينيه فامض الي ملك الهند
برسول في طلب طبيب فبعث اليه ملك الهند
طبيب يقال له جرجس فعالجه حتى اشتد عصبة

ولقد أليه بصره واطلاق الركوب h. e. Senio autem
jam confecto (Saporis) labefactae sunt vires, & caligavit visus, su-
perciliis in oculos prominentibus: quare legato ad Indorum Regem
missio, medicum ab ipso petiit. Qui ergo ejus artis peritum quendam
nomine Georgium remisit, qui ipsum sanitati restituit, adeo ut con-
firmarentur ipsi nervi, reddereturque visus, & equum concendere va-
teret. Proinde Georgius hic, qui professione Medicus erat,
alius a Georgio martyre, qui professione Theologus erat, sa-
ne fuerit, necesse est. Ille Christianus fuit & vixit in Palæ-
stina, ubi & martyrii coronam reportavit, hic fuit Ethnicus
& vitam degit in India, utut negari non possit, coxtaneos
fere hos Georgios fuisse. E quibus insimul ad oculum patet,
quam strenue mentiatur Sandius, ajens, Elmacinum in historia
Saracenica dicere Gergen vel Georgium missum ad Regem Persarum
Schabur (rectius: Sabur i. e. Saporem) &c. Non enim Elmaci-
nus, sed Patricides, ut ex allatis ipsius verbis claret, id factum
fuisse commemorat. Ecquid enim celebris ille historicus A-
rabs, Elmacinus, qui & Georgius Ebno'l Amdæ audit ac hi-
storiam suam exorditur a septimo post natum Christum se-
culo, (ac, ut & hoc $\omega\zeta \tau\zeta \pi\mu\delta\varphi\mu\eta$ adjiciamus, ter editus est,
primo a Golio in folio Arabice & Latine, Lugduni Batavorum
1625. deinde in charta quadruplicata Latine tantum, cui per-
inde, ac editioni in folio adornata adjecta est Roderici Xi-
menez, Archiepiscopi Toletani, Historia Arabum, longe ac-
curatius, quam ante e manuscripto codice expressa, ibid. an-
no eodem. Ad ultimum Arabice tantum in charta octuplicata
ibidem, anno eodem.) in historia Saracenica regis Sabur &
Gergis i. e. Saporis & Georgii, (quorum actas, fatente ipsomet

San-

596.

plura dicimus.

C

V. Rect.

Sandio, incidit in tempora Cæsaris Constantini & seqq. Imperatorum, qui vixerunt in quarto anno Christo seculo,) mentionem facere potest? Eadem autem forte de causa Sandius (ut scil. lectori fucum ficeret, ne fraus illico deprehenderetur) heic, ut supra ex Patricide, non citavit ex Elmacino libri, capitinis paginæ numerum, sic imitatus strenuos mendaciorum architectos. Pergimus ad ea, quæ de tertio Georgio habet

Patricides Annal. tom. I. p. 481. ubi hoc modo loquitur: وفي:

ذلك الزمان قدم قايد (lege) قايد من القسطنطينية إلى الاسكندرية يقال له سوريانوس (lege سوريانوس) وكان أريوسي فنغي اثناسيوس البطريرك إلى موضع يقال له طبارياده وصبر جرج (rectius جرجس) بطريرك عبد الاسكندرية وكان أريوسي أقام ست سنين وخرج سوريانوس القايد من الاسكندرية يريد القسطنطينية فلما خرج من الاسكندرية وذب اهل الاسكندرية الملوكين على جرج البطريرك فقتلوه وأحرقوه بالنار ورجع اثناسيوس البطريرك إلى موضعه

(lege) i.e. vertente Pocockio, Eodem tempore Constantinopoli Alexandriam veniens Praefectus quidam nomine Syrianus, qui Arianus fuit, Athanasium Patriarcham in locum quendam Tiberiada dictum relegavit, Patriarcha Alexandriae constituto Georgio, qui Arianus fuit, annosque sex sedid. Dein abiit Syrianus Praefectus (adde: ex Alexandria, ut textus Arabicus habet) Constantinopolin petiturus; quo Alexandria profecto, urbis ejus incolæ Melchiani Georgium Patriarcham adorti, ipsum imperfectum igne cremarunt, reversusque est in locum suum Athanasius (adde: Patriarcha. Nam & hæc vox in textu Arabicus habetur.) Heic ᾧ τοις οὐρανοῖς notamus, Patricidem errare, dum scribit, Georgium Arianum a Melchianis igne crematum fuisse. Neque enim Melchiani, qui Christiani fuerunt, sed populus Alexandrinus ethnicus, necandi Georgii auctores fuerunt, quod patet ex epistola Ju-

At annus. Traitiones juxta ac ingeniosæ primo intuitu videntur rationes allataæ ita, ut facile ad assensum inviteris.

At

20.
17.

601.

satur. Multæ sunt Samaritanis (ut & hoc ex Morino in gratiam
lectoris harum rerum amantis, nec tamen Morinum ipsum
habentis adferam. & quidem ex eius differentiam. l. 8.)

597.

la Juliani Imperatoris, qua Alexandrinum populum propter
necem Georgii corripuit. Vide Socratem III. 3. p. m. 331. & So-
zomenum, qui V. 7. p. m. 629. Ethnici vero, inquit, cum Julianus
imperium consecutus esset, Georgium occiderunt. Et imperator ipse
hic citagestum esse testatur, quod utique confessus non fuisse, nisi a ve-
ritate coactus. Voluisse enim, opinor, Christianos, quales nam
cunque sint, magis quam ethnicos Georgii fuisse occisores. &c. E qui-
bus simul colligi potest, quam vera sint, quæ supra de Georgii
morte retulit mendacissimus Sandius. Atque hic Georgius,
Patriarcha Alexandrinus, demum est ille Georgius Arianus,
quem cum præcedentibus Georgiis male confudit, adeoque
e tribus Georgiis, Cappadoce scil. martyre in Palæstina, Medi-
co Indico & Episcopo Alexandrino Ariano, nobis unum Ge-
orgium Sandius conflavit. Mirum, quod suo Georgio I. non
attribuerit etiam res gestas quarti Georgii, qui & ipse Patriar-
cha Alexandrinus, hujus nominis secundus, fuit, & quatuor annos se-
dit, dein aucto Mosleminos seu Muhammedanos devictis Romanis
Palæstinam occupasse, eosdemque Ægyptum tendere, mari se commit-
tens Alexandria in Palæstinam fugit, (quod factum est anno 17.
Imperatoris Heraclii) mansitque post ipsum cathedralia Alexandrina
absque Patriarcha Melchita annos 97. vide Patricidis Annales tom.
2. p. 267. At veritus Sandius, ne nimis in Chronogiam pec-
caret, ab hoc quidem abstinuit. Antequam hinc abeamus,
adhuc notare placet erratum admissum in Lexic. Castelliano

p. 2017. ubi جیس سر مار (Gig.) Nom. loci vel forte Divus Gregorius
est. ubi pro: *Divus Gregorius*; legendum: *Divus Georgius*. Con-
fer Golii Lexicon Arab. p. 2277. ubi hæc sine menda leguntur.
Atque sic Giggejus quoque corrigendus, cuius aliam lectio-
nem a Castello adferri non erat necesse, quoniam illa vitiosa
est, prognata ex adfinitate litterarum Arabicarum mediana-
rum & &, adeoque pro Giggeii جیس سر مار legendum
مان سر جیس. Sed de S. Georgio Equite cataphracto alibi
plura dicemus.

C

V. Rect.

Sandio, incidit in tempora Cæsaris Constantini & seqq. Imperatorum, qui vixerunt in quarto a nato Christo seculo,) mentionem facere potest? Eadem autem forte de causa Sandius

V.

Recte Cl. Buxtorfius in Thesauro Grammat. ling. sanct. p. 52, n. 5. de absentia Dagesch lenis in litteris Begadkephath a-
gens, dubitat, an genuinum sit נְהַפְּכָת conversa es. Jerem.
II, 21. Nam utique נְהַפְּכָת leniter dageßandum pariter ac legen-
dum נְהַפְּכָת cum Dagesch leni & sine præfixo Vav, quod ex
incuria forte adjecit Cl. Buxtorfius. Ita MSC. Codex Jenensis.

VI.

Tertius decimus agitur annus, ex quo celeberrimus Pocockius edidit Oxonii لامية ال Ajam, Carmen Tograi, Poëta Arabis doctissimi, una cum versione Latina & notis præixin illius exhibentibus, quæ, quia candidatos Arabismi non parum juvisse merito dici possunt, semper magnificimus magnificimusque. Pag. 136. duntaxat quædam occurunt, quibus calculum nostrum adjicere a veritate prohibemur. Dicitur ibi: A verbo سلام Salama est & سلام Salâmon, quo in communib[us] salutandi formulis uti solent, dicentes sc. سلام علیکم Vobis vel tibi سلام i.e. Sanitas, incolumentas, omnimoda integritas, & Pax: quod famen cum & alia significet, (nam ei vel decem, & quod excurrat, notiones subsunt) placuit Arabi cui-dam ex ambigua vocis significatione jocandi ansam arripe-re; cumque ab obvio quodam his verbis salutaretur, السلام & تبليغات عليکم Tibi Salam, respondit تبليغات عليکم Tibi Jathjath. Mirantique, & quænam esset illa resalutandi forma, roganti, Paria (inquit) tibi refero: sunt enim duas arbores amarae, quarum cum tu mihi alteram precaris, alteram ego tibi ominor. Hactenus Pocockius. Pleraque bene habent. Id tantum a veritate alienum esse videtur, quod سلام & تبليغات duas arbores amaras nuncupat. To سلام quidem inter arborum amararum nomina esse, eque hujus arboris cortice corium pellemve concinnari, quis est, qui negabit? At تبليغات non arbos, sed herba tantum est ex amariorum genere, in Nili ripa frequens, tenuibus oblongisque surculis; in quorum extremitate

30.
17.
601.
satur. Multæ sunt Samaritanis (ut & hoc ex Morino in gratiam
lectoris harum rerum amantis, nec tamen Morinum ipsum
habentis adferam. & quidem ex circa 1000.

598.
tremitate flores parthenii floribus similes, crenati, gustu amari, ut ex
Ibn Beithar seu Beitharide, Medico Malacensi, referunt Golius in
Lex. Arab. p. 466. & Castellus in Lex. Heptagl. p. 630. Quare minus
bene Dn. Pocockius حنچان و سل duas arbores amaras voca-
vit, cum duæ plantæ amarae dici debuissent.

VII.

Communiter Grammatici Hebræi docent, tonum vocis
in lingua sancta semper vel esse in ultima, ut: שְׁחֹמֶר schomér;
vel in penultima, ut: קּוֹדֵשׁ Kodesch. Nunquam autem accentum
in antepenultima collocari volunt. Et profecto haut in-
juria recedimus a vitiosa Rabbinorum hodiernorum pro-
nunciatione, accentum sæpe in antepenultima collocantium,
efferendo v. gr. vocem כְהָנִים (i. e. Sacerdotes) Kōbanim cum
tono in antepenultima, cum tamen Cobanim cum accentu in
ultima pronunciandum sit. Interim hoc Grammaticis dare
nequeo, tonum nunquam in Hebræa lingua vocabulis ca-
dere in antepenultimam. Nam accentum in eandem quoque
adscendere nonnunquam, accentu ob alium vicinum re-
tracto, haut in incerto est. Exempla sunt in mundo:
וַיָּשַׁב וַיַּהֲבֹת habitarunt ibi. Gen. XI, 2. & 31. Sic אִישׁ occiderunt
virum. Genef. XLIX, 6. Alia passim extant. Objicies: Accen-
tum allatis in exemplis adficere tantum penultimam, quum
Scheva non constituit syllabam, sed in pronunciatione fit
absorbendum. Sed attende, Lud. Capellum jamdudum ratio-
nibus sat validis, quibus destruendis adhuc nemo fuit, stabi-
litum ivisse, Scheva mobile necessario constituere syllabam
apud Hebræos, nec unquam ab interpretibus LXX. olim in
Nominibus propriis absorptum fuisse constat. Tum ipsimet
accentuatores, qui alioquin Scheva legibile nec legunt, nec
legi ab aliis volunt, dicunt, in accentuatione Scheva mobile
(sive simplex sive compositum) censeri constituere syllabam
v. gr. לִמְרָה in accentuum ratione æstimari pro trisyllabo,
quamvis revera alias sit disyllabum. Sed velim audire ex his,
quænam sit ratio diversitatis, quod in accentuatione Scheva
constituit syllabam, extra accentuationem vero non item.

C 2

Hæc

Sandio, incidit in tempora Cæsaris Constantini & seqq. Imperatorum, qui vixere in quarto a nato Christo seculo,) mentionem facere potest? Eadem autem forte de causa Sandius (ut scil. lectori fucum faceret, ne fraus illico denrehenderetur)

Hæc sane inter se pugnare nec unquam conciliari posse videtur. Adhæc quare Scheva legibile audit legibile, si legi non debet? Erit ergo σιδηρέζυλον. Hoc enim non est legere Scheya, si ejus litteram cum sequente littera conjungo. Aliud enim est, legi litteram τὸ Scheva, aliud legi ipsummet Scheva. Quod autem Rabbini Scheva mobile in metro absorbent, id necessitate & legibus carminis coacti faciunt, insuperque carmina Rabbinica flocci facimus, utpote inducta contra genium lingua Hebræa tempore, quo mos versus vulgatos (leoninos & rhopalicos, Knüttelverse alii vocant) pangendi invaluit. Ore rotundiore Musam Hebræam canere non ita pridem docuit Laurentius Frisius in Prosodiæ Hebraicæ Epitome bipartita, Hafniæ 1671. edita. Negari proinde nequit, ipsam quoque antepenultimam syllabam apud Hebræos accentu tonico nonnunquam affici, nisi quis dicere malit, in tali casu lineolam Macceph esse subintelligendam, cui, si præfertim in MSS. Codicibus tale vinculum additum reperiatur, non adeo refragabimur.

IIX.

Abludit a veritate, quod nonnemo in Grammat. Hebr. p. 4. de abjectione fulci τὸ Cholem agens, tradit, *Vav rarissime bis consequenter deficere*, ut לְאַתָּה lumina, Gen. I, 16. *ad signa*. Gen. I, 14. Frequentatur id certe, tantum abest, ut hocrarissime adsoleat fieri. Sic לְדֹרֶתֶם Genes. XVII, 7. Ibid. v. 12. Sic עֲרָתָם pelles, bis occurrit Exod. XXVI, 19. עֲרָתָם eorum, Levit. XVI, 27. עֲלָתָה ascendentes Gen. XLI, 2. עֲלָתָה pulcre, Gen. VI, 2. Sexcenta alia prætermitto. Quin immo in universum observationes Grammaticorum de Vav Cholem pleno & defectivo ne cassa quidem nuce emerim. Attende, quæso, modo ad verba AbenEstræ in præclara illa præfatione commentariorum suorum in legem, ubi de variis interpretationum generibus differit, & judica: הַלֵּא (inquit,) חֹכֵר טעמי אנשי המסרת למוֹת זאת מלאה ולמה נחרת בְּכִי כָל טעמוֹת כָּרוּךְ הַרְשָׁהָה בְּכִי הַפּוֹתָב פָּעֵם וכְּתוּב הַמְלָה

*satur. Multæ sunt Samaritanis (ut & hoc ex Morino in gratiam
lectoris harum rerum amantis, nec tamen Morinum ipsum
habentis, adferam, & quidem ex ejus dissertatiuncula de Samari-*

ומלֵך מלאח מבואר ופעם יוסט אורה נעלם לאחן
ברך קצחה ואחר שורשו טעם למלאים ולחסרים יודו
איך יוכלו לכתוב הספרות' ומשתה כתוב בלית ואו וו
וימליך ומעתיק משלוי כתוב באוו חחרת עבר כי ומלך
ושניהם רבות בין שניהם רק לתינוקות טעמיום טובים
ומלך i.e. At nullam injiciam mentionem nationum virorum Masoreth
(sive Masoretharum,) quare haec vox plena sit, & quare haec deficiat:
quandoquidem ipsorum nationes sunt allegorice; scriptor enim nunc
scribit vocem plenam, ut sensum clariorem reddat, nunc eam littera
latente seu quiescente minuit, scriptionis sectans compendium. Post
quam autem sic explicarunt nationem vocum plenarum & defectiva-
rum, docuerunt nos, quomodo libri scribi debeant. At Moses scripsit
fine Vav vocem יְמָלֵך, Exod.XV, 18. Qui vero descripsit Prover-
bia, eam c. XXX, 22. scripsit cum Vav: anni autem multi intersunt
inter utrosque. Verum rationes eorum (Masoretharum scil.) pue-
ris tantum bona sunt. En! quanti fecerit Masorethicam hac in
re diligentiam & acumen, cum tamen in enumeratione & ad-
notatione istarum vocum non minima pars studii Masore-
thici confistat. Deniq; ubi in Codice Hebraico Gen.VI, 2. legi-
tur: טבת utrobiq; defective, ibi Hebræo-Samaritanus textus
plene habet: אַפְּאַבְּשׁ i.e. טובות, alio Codice legente אַפְּאַבְּשׁ
i.e. טובות. Vide celeberrimi Morini Varias Lectiones textus He-
braeo-Samaritani p. 6. & 7. Sic pro לאחת Gen. I, 14. exemplar
Morini Samaritanum legit: אַבְּאַבְּשׁ, in Anglico autem
אַבְּאַבְּשׁ. Nam plenarum vel defectivarum vocum apud Sa-
maritanos non est certa regula, ut post Masorethas apud Ju-
dæos, ceu ex præcedentibus satis superque constat.

IX.

Notabiles occurunt variæ lectiones Gen. XLIX, II.
Textus enim Hebræus legit: אֲסִרֵי לְגַפֵּן עִירָה וְלִשְׁرָקָה בְּנֵי
אֲחָנוֹ; Ligans ad vitæ pullum suum & ad vitæ optimam fili mi aſi-
nam suam. (vel ut alii, in voce בְּנֵי Jod paragogicū esse volentes
vertunt: filium aſinæ sua.) Textus autem Hebræo-Samaritanus
legit: אֲסִרֵי אַזְרָחָן אַזְרָחָן אַזְרָחָן. פְּנִים אַזְרָחָן
C, & Ver-

Sandio, incidit in tempora Cæsaris Constantini & seqq. Imperatorum, qui vixerunt in quarto anno Christo seculo,) mentionem facere potest? Eadem autem forte de causa Sandius

~~facaret ne frans ilico denrehenderetur~~

& Versio Samaritana: ἘΡΩΤΩΣ ΚΛΗΡΟΝ ΠΑΡΑ
= ἘΡΩΤΩΣ ΠΕΡΙ Ligata est ad vitem civitas ejus, & ad palmitem filii i roboris ejus. In quorum verborum sensum peculiari in dissertatione inquisituri sumus. Mens autem nostra heic, ut & in ceteris nostris observationibus Samariticis, non est, ut corrigamus textum Hebræum ex textu Hebræo-Samaritano, sed ideo tantum hæc adferimus, ut ostendamus varias in textu Hebræo lectiones (textum autem Hebræo-Samaritanum etiam esse Hebræum, quis neget?) e quibus semper optima, quæ analogiæ fidei, textus συναφέα, & morum honestati est conformis, eligenda venit. Hinc nemo nobis affingat alienam mentem, quasi Hebræum textum corruptum esse censeamus. Diversissima enim sunt, in textu Hebræo dari varias lectiones, & textum Hebræum esse corruptum. Prius ut veritate coacti concedimus: ita posterius strenue negamus. Ecquis enim nostrum dicit, textum avthenticum Græcum Novi Testamenti esse corruptum, cum tamen apud nostrates omnes in confessio fit, varias lectiones haut paucas in eo reperiri, specimen hujus rei eximium exhibente celeberrimo viro Dn. D. Sauberto in laboriosissimo Variarum Lect. textus Græci Evangel. S. Matthæi opere Helmstadii edito. Nullum enim privilegium (verba sunt celeberrimi Waltoni in dissertat. de Linguis Orientalibus p. 112. & seqq.) Iudeis pro Veteri, pre Christianis pro Novo Testamento concessum novimus, vel providentiam divinam eorum codicibus magis invigilasse, quam Christianorum, ut cum multæ variantes lectiones in Græcis codicibus, etiam antiquissimis, occurrant, codices Hébræos immunes esse credendum sit: quod enim quidam superstitione verentur, ne hoc modo vacillet fides, & de salutis doctrina æclum sit, nisi eandem Scribis αναμετοῖσι, quam ipsis scriptoribus sacris tribuamus, vanum & frivolum est: cum enim de facto constet, lectiones varias inventi in antiquissimis codicibus, quod negari a nemine possit, nisi oculos occludat, quam absurdum est ob consequentias ficticias, quas quidam sibi imaginantur, negare quod palam & omnibus notum est? Hoc enim est, ac si quis quum Solis Ecclipsin oculis conficiat, negaret tamen, hoc fieri posse, quia tabule Prutenicae nullam tali hora futuram pradixerant. Licet vero tam ipsorum, qui tales consequentias metuunt,

30.
17

satur. Multæ sunt Samaritanis (ut & hoc ex Morino in gratiam
lectoris harum rerum amantis, nec tamen Morinum ipsum
habentis, adferam, & quidem ex ejus dissertatiuncula de Samari-

60.

tuunt, intersit, quam nostra, ad eas respondere, quam dilutum tamen
sit argumentum, quivis facile perficere potest. Quis enim ita argu-
mentantem non rideret? In Livii scriptis errata quædam irrepserunt,
ergo vacillat tota Romanæ historiæ fides, vel nihil certi habemus de
Cæsare, Pompejo & aliis; vel in Aristotelis & Platonis libris, exem-
plaria in quibusdam variant minutis, ergo nihil certum est in eorum
Philosophia. Hoc profecto esset omnem historiarum fidem de mundo
tollere & libros omnes antiquos ut corruptos abjiciendos statuere.
Prætere a multo magis invigilavit divina providentia, ut supra dixi-
mus, in hisce codicibus conservandis, ita ut immunes sint in omnibus
quaæ ad fidem & salutem necessaria sunt, & in articulis omnibus fun-
damentalibus, inter codices ab Ecclesia receptos Hebreos, Græcos, Sy-
riacos, Latinos &c. summa sit consensio. Serio itaque responso in-
dignos esse vult Heinsius, qui aut varia esse olim in quibusdam libros,
aut ex iis minus emendatos codices cum cura restitutos negent, pro-
leg. in exerc.

60.

X.

Genes. XIX, 16. textu Hebraeo legente: **רֹא שְׁכַת אֶת־בָּנֶךְ** Et non prohibuisti filium tuum unicum tuum
(non pepercisti filio tuo unico tuo) LXXviralis (ut cum vul-
go loquar) versio habet: **καὶ οὐκ ἐθέλεις τούτον σε αὐτὸν** id est, propter me; adeo ut quam-
vis vox **מִצְחָנֵה** id est, propter me non occurrat in textu He-
braeo, legatur tamen in textu Hebraeo-Samaritano h. m.
אֲלֹהֵי יְהוָה יְהוָה יְהוָה יְהוָה יְהוָה que
Versio Samaritana reddit: **אֲלֹהֵי יְהוָה יְהוָה יְהוָה**
אֲלֹהֵי יְהוָה יְהוָה Et non submixisti filium tuum corculum tuum
a me i.e. mibi. Sequuntur Syrus & Vulgatus, quorum ille addit
טְהֻרָה, hic vero suum propter me. E qua Samaritica ver-
sione, qua Hebraicum **unicum tuum**, expressit per
corculum tuum, simul discimus, Hebraicum voca-
bulum **יְהוָה**, cui respondet in N.T. **μονογενής, unigenitus**, non
significare idem, quod **primogenitus** (ut nonnulli heterodoxi
volunt) sed idem esse quod **dilectissimus, unice dilectus, ut rectis-
ime vertatur a Græcis **αγαπητός**, ut Gen. XXII, 2. 12. 16. Judic. XI,**

34. Je-

Sandio, incidit in tempora Cæsaris Constantini & seqq. Imperatorum, qui vixerunt in quarto a nato Christo seculo,) men- facere notest? Eadem autem forte de causa Sandius

34. Jerem. VI, 28. Amos VIII, 10. Zach. XIII, 10. aut אַגְּלָמָלָם
Prov. IV, 3. παθήσεις Judic. XI, 34. Nam Isaacus, qui h. l. vocatur Abrahams filius יִחְיָה, neque erat unigenitus, neque primogenitus, Ismael enim, qui & ipse Abrahams filius fuit, natu major & primogenitus erat. Tandem & heic observari obiter velim, pro Hebraeo יְחִירָאֵת Hebraeo-Samaritanum textum habere צָלָמָה (i.e. יְחִירָאֵת) τὸν Καμέζ præsentante punctum Kamez.

XI.

In loco Genes. XXV, 8. duplex occurrit varia lectio. Textus Hebraeus est hic: וַיַּגַּע וַיָּמָת אֶבְרָהָם בָּשְׂכִיחַ טוֹבָח וַיָּמָת אֶבְרָהָם בָּשְׂכִיחַ וַיָּמָת אֶבְרָהָם בָּשְׂכִיחַ וַיָּמָת אֶבְרָהָם בָּשְׂכִיחַ Et obiit & mortuus est Abraham in senectute bona, senex & satur, & congregatus est ad populos suos. Textus autem Hebraeo-Samaritanus sic habet: וַיָּמָת אֶבְרָהָם בָּשְׂכִיחַ וַיָּמָת אֶבְרָהָם בָּשְׂכִיחַ וַיָּמָת אֶבְרָהָם בָּשְׂכִיחַ Ubi (1.) pro Hebraeo וַיָּמָת אֶבְרָהָם בָּשְׂכִיחַ & satur, habet צָלָמָה וַיָּמָת אֶבְרָהָם בָּשְׂכִיחַ i.e. וַיָּמָת אֶבְרָהָם בָּשְׂכִיחַ & satur dierum. Eodem pacto Veratio Samaritana: צָלָמָה וַיָּמָת אֶבְרָהָם בָּשְׂכִיחַ & satur dierum. Sequuntur LXX. ἦτορ τολμητος οὐ μετών, & plenus dierum. Hos Syrus: στάλπαντο & saturatus est diebus suis.

Nec aliter Arabs: قَدْ شَبَعَ مِنْ الْعُمُرِ jam saturatus aetate.

Una cum Vulgato: Et plenus dierum. (2.) pro Hebraeo — אל ad populos suos, (τολμητος), legit צָלָמָה i.e. צָלָמָה ad populum suum. Atque sic in Singulari quoque expresserunt Veratio Samaritana, oī ē. Onkelos, Syrus, Arabs & Vulgata. Antequam heic abeam, placet adhuc monere, in allato loco Hebraeo-Samaritano duo vocabula, nempe נְפָרָא & נְפָרָא, scribi cum lineola superimposita. Superposuerunt autem Samaritæ virgulam voci נְפָרָא ideo, ut significant, eam h. l. non efferendam esse בָּרָבָה i.e. barba, quæ significatio huc non quadrat, sed סְנֵס i.e. senex. Supra vocabulum נְפָרָא vero jacet lineola, ut notetur, non esse h. l. nomen numerale שְׁבָעָה i.e. septem, sed שְׁבָעָה, quod in regimine facit שְׁבָעָה (ut h. l.) i.e. satur.

20.
17.

satur. Multæ sunt Samaritanis (ut & hoc ex Morino in gratiam lectoris harum rerum amantis, nec tamen Morinum ipsum habentis, adferam, & quidem ex ejus *dissertatiuncula de Samariticis Legis sectionibus, colis, periodis, aliusque notulis p. 203.*) cause istius lineola sic affigenda, & de earum nonnullis opus esset ipsos Samaritanos inquirere. Sepe affigitur, ut moneatur lector dictionem (Latine dixeris: vocem) esse peculiariter quadam significatione sumendam, non pro ea, qua primo mentem subire posset. Ut Exod. V, 3. ne occurrat nobis בְּכָר אוֹ בְּחַרְבָּה cum peste aut cum gladio. Lineola jacet super Daleth ad demonstrandum dictionem illam hic non esse legendam significatione ordinaria per duplex a, que sic lecta verbum significat, sed per duplex e. Ita Num. XIV, 12. Percutiam eum peste אֶכְנָו בְּכָר mortalitate. Sic Syrus & uterque Chaldeus. Gen. XLIII, 10. legitur פָעֵמָה cum lineola super Jod, ut ostendatur dictionem (vocem) legendam duali numero, duabus vicibus: quod ut ostendat interpres vertit זְבָנָיִם לְמָס עֲבָד tributo serviens, lineola est super Beth, ut ostendatur dictionem illam esse participium, non tertiam præteriti personam, neque nomen. Exod. quoque XXXII, 7. לְאָמֵר רְלֵךְ dicens, Vade. Lineola est super Caph, ut doceatur dictionem illam verbum esse, non pronomen cum præpositione, sive significare Vade, non tibi. Num. XVI, 29. וּפְקָדָת כָּל הָאָדָם & visitatione omnium hominum. Lineola super Coph, ut doceatur nomen esse, & alio modo legendum, quam si verbum esset. Sic non semel Num. XI, 22. Aliquando denotat litteram aliquam abesse, qua adesse debuerat, ut Gen. II, 22. וּבָנָה Et edificavit Dominus. Lineola litteræ Nun superposita docet apocopen esse factam litteræ He, nec integre scriptum esse, ut Gen. I, 22. וּבָנָה que sepe in hujusmodi verbis contingit, ut Gen. IV, 4. וַיָּשַׁע & respexit. Lineola super Ain, ut notetur He abesse. Dicit etiam potest, ut non sumatur pro intellexit, a Radice בּוֹן, ut Num. XXIV, 7. וּרְמָם quod a radice יְמָם descendit. Sic Num. XXX, 6. ut Jod abesse monstretur. Gen. XVII, 19. אַבְלָה affigitur lineola duobus prioribus litteris, ut doceatur ab quod luctum significat, non esse deducendam, nec esse conjunctionem adversativam, sed ast, immo, sed adverbium affirmandi. Quo sensu dictio-

D

dictione-

XXXIX, 2. (quem ipse tamen citat, v. 22.)

E

גְּנָה

ditionem interpretatus est Interpres Samaritanus טָרַפְתָּא, vere, ut
¶ Paraphrastæ Onkelos & Jonathan. Deuter. XXXI, 18. זָנָכְנָא
אֲסֹתָר הַסִּתְוָר ut notent Aleph cum He sequentis dictionis esse per-
mutandum, sic legendo וְהַסִּתְוָר אֲסֹתָר, ut revera legit Interpres
Samarit. Gen. XXIX, 34. in Versione Samaritana שְׁפָטָן nomen ejus,
lineola super Aleph notat litteram illam pro He positam esse. Verum
longe plurium nationes nobis incognitæ sunt. Exempli causa Gen. VI,
4. quare scribunt הַגְּבָרִת cum duplice lineola, & v. 2. ejusdem
capitis טָמֵת. Sic Gen. XIIIX, 22. מְשֻׁמָּדָה וְיָפְנוּ מִשְׁם רַאֲנָשִׁי &
recesserunt inde viri illi, quare duplex lineola super הַגְּבָרִת.
Idem Exod. XXXII, 23. Exod. XXXIX. Num. XIX, 6. & aliae com-
plures, de quibus nihil aliud conjicere possumus, nisi causas illis esse
superstitiosas, & ridiculas.

XII.

Nominis Proprii אַרְתָּחַשָּׁשָׁתָחָת Artachschaschta sive Ar-
taxerxes occurrentis Esr. IV, 7. etymon D. Gregorius Gregorius
Francus in Lexico Sancto Hanovia anno 1634. in charta octuplicata
edito, quod Hebraismi Studiosis ob proprietatum explanatio-
nem Nominum, quæ a Lexicographis plerumque sunt omis-
sa, merito commendamus p. 606. num. DCCXCVIII. his
verbis evolvere conatur: אַרְתָּחַשָּׁשָׁתָחָת Artachschaschta.
Artaxerxes. Arthahsasthe. Arthasastha. אַרְתָּחַשָּׁתָחָת Esr. IV, 7.
id est, strenuus & servidus bellator. Rad. חַשְׁבָּה est fervere, bullire,
coquendo ebullire, effervescente, sonare. רַחַם est ebullitio, fervor.
Quadrath huc ardeo & rauchen / i.e. fumare. Altera Rad. est חַשְׁבָּה
corrumpere, perdere, delere: unde nostrum schacht / schachten/
schacht machen. Verbum etiam חַשְׁבָּה humiliare, prosternere, in-
curvare. Oportet igitur in nomine proposito aliquam ad-
mittere litterarum transpositionem: quam nec illi effugiunt,
qui illud reddunt per lumen sive maledictionis silentium: ab אַרְתָּחַשָּׁשָׁתָחָת & חַשְׁבָּה & שָׁוָת, vel ab אַרְתָּחַשָּׁתָחָת & שָׁוָת, ut Artaxerxes sit is, qui
lumen, maledictionem, silentium vel festinationem ponit. Sed prior
originatio, quæ Fungeri est, magis convenire videtur. Hacte-
nus Francus. Gemina his habet Leusdenius in Onomastico sacro
p. 33. Artaxerxes, inquiens, אַרְתָּחַשָּׁשָׁתָחָת Lumen sive ma-
ledictio, silentium vel festinationem ponens, aut fervor
lati-

שְׁבָע (ut h. l.) i. e.
fatur.

lætitiae. Generale nomen est (ut Lyrano & Metastreni Persæ placet) regum Persarum, quemadmodum Cæsar, Romanorum Imperatorum. Esr. IV, 7. Ibid. & pag. seq. Artaxerxes אַרְתָּחֶשֶׁס Luminis sive maledictionis silentium, vel festinationem persuadens, aut fervor direptionis. Esdr. VII, 21. & VIII, 1. Nehem. II, 1. & V, 14. & XIII, 6. At vero si modo his auctoribus succurisset, id vocabuli origine Persicum esse, non frustra laborassent in inquirenda ejus etymologia in Palestina. In illa terra, quæ hoc genuit, natales ejus quærendi sunt. Sola Persia, cui incunabula debet sua, nominis hujus notionem docere potest. Græcum autem Artaxerxes magis accedit ad originem, quam Hebraicum ex parte corruptum

אַרְתָּחֶשֶׁס. Persicum enim est אֲרְדֵשִׁיר Ardeschir vel أَرْدَشِير

Ardeschir, ac Persice farinam ac lac significat, vel potius pulmentum sive miscellam ex latte & farina. Vid. Golii & Castelli Dictionar. Pers. p. 17. Quo nomine, inquit Lud. de Dieu Animadvers. in Esr. IV, 7. p. 228. primus Longimanus a Persarum Magis fuit appellatus, cujus nomen Persice erat Bagman Daras-dast i.e. Longimanus. Vide celeberrimum Schickardum in Tarich. p. 22. & 48. Duo autem hujus nominis apud Persas præcipue Reges fuerunt, de quibus Georgius Gentius in notis ad Muslabi Eddini Sadi Schiænsensis Rosarium Amstelodami 1651. excusum p. 594. & quidem ad verba extantia p. 241.

أَرْدَشِير بَابَگَان اَمْدَه است i.e. in Annalibus Ardeschiri Babegani memoria proditum est &c. sequentia adfert: In Thesauro Regio geminus hujus nominis Rex occurrat, alter est Ardeschirus Esfendiari filius, cujus pater Cuftabisus اَسْفَنْدِيَار مُوَيَّب قَن Esfendiari aeneo corpore cognominatus fuit. Alter est Ardeschirus Safani filius, qui Babegani filiam conjugem habuit: heic itaque addito Babegani nomine, alter Esfendiari filius excluditur, qui Babegani tritavus fuit. Nomen autem אַהֲשְׁוֹר Ahasveros recte inexplicatum reliquit modo memoratus Francus, sentiens, id Persicam agnoscere originem. Persice scribitur אַחֲשָׁוֹר denotans prædictum

D 2 maje-

majestate. Confer Golii & Castelli Diction. Pers. p. 12. Est enim vox composita ex أَكْثَشْ وَ قُرْ & أَكْثَشْ. Nam Persis אַקְשׁ (wer) autem nominibus abstractis affixum facit concretum & possessorem alicujus rei designat, ut Hebræis בָּעֵל, Arabibus بَاهْمُونْ. Sic dicunt גָּנִיר גָּנִיר animam habens, animal. נָמֹר nomen habens, celebris. (lege نَكْوَنْ) נָמֹר afflictionem habens, afflitus. Similiter ergo אַחֲשּׁוֹן dignitatem, principatum habens, princeps. Verba sunt Ludovici de Dieu Animadvers. in Esth. I, 1. p. 247. & seq. Conferantur ejusdem Rudim. Pers. Lib. 3. c. 5. p. 61. Adde Jo. Gravii Elementa Ling. Pers. pag. 20. num. 3.

XIII.

Frustra est Joannes Fabricius, qui in Specimine Arabico p. 160. Sixtinum ab Amama & b. D. Glassium correcturus, ipse corrigendus, scribit: (Vocis اللّٰهُ) Radix usitata est, non اللّٰهُ, uti perperam statuunt viri Cl. Sixtinus ab Amama, & ex eo D. Salomon Glassius, sed اللّٰهُ اللّٰهُ, quae formaliter significat colere, servire. Unde materialis significatio est adorare. Quia quem adoramus, illum etiam religiose colimus. Hinc descendit nomen اللّٰهُ Deus, quod cum summo & vero Deo tribuitur, Arabes efferre solent contracte, preposito articulo اللّٰهُ. Quoties igitur in Pentateucho occurrit vox יְהֹוָה, toties Arabs reddit اللّٰهُ. Quando vero conjunguntur hebreas voices יְהֹוָה אֱלֹהִים, tum Paraphrastes Arabs reddit اللّٰהُ اللّٰהُ اللّٰהُ. Facebat igitur hinc Doct. D. Gomarus Theol. Prof. in Academia Gröningana, qui in Disputationibus suis Theologicis, quas inscripsit Selectas, dubitat, num Radix illa اللّٰهُ apud Arabes in usu sit. Ut vero dubitationi nullus locus relinquatur, produco testimoniem

יעpicm, יתבנ, יתבנ, quod in regime facit שְׁבָע (ut h. l.) i.e. satur.

restem omni exceptione majorem ipsum Arabem doctissimum جوهری
 Scheuhari, qui Dictionaryum Arabicum locupletissimum conscripsit,
 ubi themata quinque millia & quingenta cum suis derivatis expli-
 cantur. Exemplar scriptum est Bagdadi, anno post fugam Mu-
 hammedis supra sexcentesimum septuagesimo tertio, duobus volumi-
 nibus in folio. Hic, inquam, Auctor pro me respondebit, cum ita fari
 incipit: الَّهُ أَكْبَرُ عَبْدُ مَنْ أَيْنَ قَوْلَنَا إِلَهٌ وَّاللَّهُ b.e.

Aliha idem significat quod abada b.e. colere, servire, unde dictio
 (rectius: vox) nostra ilāhon & cum articulo Allāho. Hinc lucem
 accipit vox Ebreæ אלֹהִים cuius formale non consistit in judicando,
 quæ sententia Rabbinorum jamdudum protrita & explosa est, sed
 in colendo. Unde Deus summus ita dicitur, quia ille solus religiose
 colendus & adorandus est. Qua Etymologia quenam naturæ & glorie
 Dei conformior dari possit, equidem ignoro. Haec tenus Fabricius.
 Bene habet, quod Gomarum de radice Arabica dubitantem,
 an reperiatur, refutat. Bene habet, quod producit testimo-
 nii loco Lexicographum Arabem, indeque sententia suæ
 robur conciliat. Modo a Sixtini ab Amama & B. Glässii corre-
 ctione abstinuisset. Utique enim Radix Vociς ﷺ ilāhon,
 Deus, est ﷺ, ceu volunt viri laudati, non ﷺ, quæ est senten-
 tia Fabricii. Provocat quidem, ut stabiliat sententiam suam,
 ad Scheuhari Lexicon Bagdadi scriptum, ex illo tamen nil
 amplius ostendere cupit contra Gomarum, quam Radicem
 ﷺ esse apud Arabes in usu, quod ille negarat. At vero quum
 hoc MSC. forte vocalibus fuerit destitutum, ipse radicem ﷺ
 punctis ita animavit, ut fieret ﷺ. Quod si vel maxime pun-
 etia vocalia ita apposita fuerunt, ut legeretur ibi ﷺ, librarii
 tamen id sphalma fuerit, necessum est. Nam Golius & Ca-
 stellus, qui & ipsimet MSS. Codicibus laudati Lexici fuerunt
 usi, constanter asserunt, ille in Lexico Arabico p. 144. (ubi obi-
 ter nota, linea 5. pro Doluit legendum esse Coluit,) hic in Lexico-

D 3

Heptagl.

Heptagl.p.120. radicem וְלִנְן ponit pro וְלִנְן obstupuit, atque
nitus fuit & terrorem concepit, וְלִנְן vero significare idem,
quod colere, adorare, quæ est ipsissima Sixtini ab Amama & D.
Glassii sententia.

XIV.

Formula illa Germanorum meorum: Die Seele sit ibi
auf der Zungen; cui gemina est illa Latinorum: Animam intra-
dentes habet; nata est ex falsa persuasione, qua vulgo creditur,
animam moribundi ex ore exhalari, quum tamen ea non
ex ore, sed potius e naribus efflari videatur. Ne autem solus
id adfirmare dicar, en consentientem nobis virum summum
æque ac acutissimum illum Gallum Joannem d' Espagne in libel-
lo cui titulum fecit: SCHIBBOLETH, ou reformation de quel-
ques PASSAGES dans les versions Françoise & Angloise de la
Bible; correction de diverses opinions communes, peintures histo-
riques, & autres matieres h.e. Emendatio quorundam locorum Scri-
pturæ in versionibus Biblicis Gallica & Anglicana: correctio diversa-
rum opinionum communium, picturarum historicarum aliarumque
materierum, quem libellum e Gallico sermone in vernaculam
nostram translatum una cum reliquis celeberrimi hujus viri
scriptis Germanice versis propediem, De odante, publici ju-
ris faciemus, fidem, quam in nuperrima nostra Germanica
versione ejusdem auctoris libelli, cui titulus: Nouvelles obser-
vations sur le Decalogue, i.e. Novæ observationes in Decalogum de-
dimus, liberaturi. Verba ejus, ut prolixia, recensere & dein-
ceps Latinitate donare juvat. Sunt autem ista p.123. Quand
un homme se meurt, on dit, il a desja l'ame sur le bord des levres.
Ainsi parlent même les Theologiens; ainsi a parlé l'antiquité. Ce
Langage est provenu d'une opinion populaire; que, quand l'ame
déloge du corps, elle sort par la bouche. Ou cette opinion est provenue
d'un tel langage. Or je n'entreprend pas de répondre aux questions
curieuses qui l'ont peut proposer, touchant la sortie de l'ame. Je di-
se seulement, que ce préjugé vulgaire n'est point solide. Si l'ame est
épandue universellement par tout le corps, comme plusieurs Philoso-
phes tiennent, pourquoys la resserrer dans un passage particulier, en sa
sorties

לְבָשָׂר וְלִנְן, quoou in regimine facit וְלִנְן (ut h.l.) i.e.
satur.

70.
17.

604.

sortie? Si elle loge proprement & principalement dans le cœur, où
au cerveau, toutesfois, quel besoin a-t-elle de sortir par un conduit
ouvert, veu que c'est un esprit, qui peu passer mesme au travers du cra-
ne ou des autres os. Ou qui nous a dit qu' elle sort par la bouche,
plusloft que par l' oreille, ou par les yeux, qui sont comme les fenestres
de l' ame. S' il estoit permis d' affirmer quelque chose en un poinct
duquel la decision n'est ni assurée ni nécessaire, je diroye, qu' il est
plus croyable que comme l' ame du premier homme est entrée en lui
par les narines, aussi elle sort par là. Gen. II, 7. Et certes, quand
l' Escriture veut dire que l' homme est toujours proche de la mort,
elle dit que l' esprit, ou le souffle d' iceluy, est en ses narines, comme
tout prest à s'en aller. Esa. II, 22. A cela se rapportent les paroles
de Job chap.27. v.3. Tant que le souffle du Dieu Fort sera en mes
narines; c'est à dire, quand mesme cette ame que Dieu a soufflée
en moy, seroit desja sur le point de sa sortie, ne tenant plus qu' aux
narines, i. e. Quando homo animam agit, dicunt: Animam
jam intra dentes habet. Sic loquuntur ipsimet Theologi, sic
loqua est antiquitas. Hæc loquendi formula profecta est
ab opinione vulgari, (quæ vult,) animam e corpore migran-
tem per os efflari, vel (vice versa) hæc opinio profecta est a
tali loquendi formula. Jam vero animus non est, curiosis,
quæ super exitu animæ moveri possunt, respondere quæstio-
nibus. Dico tantummodo, vulgarem hanc eamque præcon-
ceptam opinionem nihil in recessu habere. Si anima universe
diffusa est per totum corpus, prout complures Philosophi sen-
tiunt, quare in angustam eamque peculiarem viam cogatur
in exitu suo? Si proprie & maxime ejus sedes est cor cerebrum-
ve, cur nihilominus illam oportet egredi per apertum iter,
quum spiritus sit, qui vel medium cranium aliudve os penitra-
re potest? Undenam vero nobis constat, illam ore potius egre-
di, quam aure oculisve, qui instar fenestrarum animæ sunt?
Si quid affirmare licet in re, cuius decisio neque indubia ne-
que necessaria est, dicerem, probabilius esse, quod, sicut ani-
ma primi hominis ipsum per nares ingressa fuit, ita eadem il-
iac egrediatur. Gen. II, 7. Atque profecto, cum Scriptura
vult dicere, hominem semper morti vicinum esse, ait, illius

spiritus.

XXXIX, 2. (quem ipse tamen citat, ostensurus, ibi vocem

E

IPB

tum halitum ve in ejus naribus esse, ac si jamjam exiturus sit. Esa. II.
22. His congruunt verba Jobi c. XXVII, 3. quoad halitus DEI in
naribus meis supereft h. e. quamvis hæc ipsa anima, quam mihi
Deus inspiravit, jamjam egressura sit, inque naribus dunta-
xat contineatur &c.

XV.

Laurentius Fabricius in Partitionibus Codicis Hebrei cap. 3. p.
18. scribit, Gen. 4, 8. post vocem אָדָם signo variæ lectionis
notatam has diictiones (Latinus dixisset: voces) occurtere:
כְּהֵפֶסְקִי בְּמַצְעֹ פְּסֻוקִי qua^x hisce vocalibus affectæ;
כְּהֵפֶסְקִי בְּמַצְעֹ פְּסֻוקִי hunc exhibeant sensum;
Viginti octo (duas enim priores litteras numerales esse) defunt
versus in medio hujus versus, qui non videatur absolutus, ideo
notari per Athnach. Ajunt enim (pergit) Doctores Hebrei, heic de-
siderari colloquium Caini cum Abele, quod constitisse 28. versibus ajunt,
qui in Targum adducuntur &c. Sed quam vehementer hic auctor
alucinetur, ac in verborum Masorethicorum punctatione pa-
riter ac interpretatione fallatur, ex subsequentib⁹ intelligetur.
In Masora voces non extant integre, sed per siglas scriptæ, quas
ille minus bene habuit pro integris. Verba Masoræ sunt hæc:
כְּהֵפֶסְקִי בְּמַצְעֹ פְּסֻוקִי qua^x sic punctanda, legen-
da & interpretanda: i.e. Viginti octo versus defuntes in medio versus. Masora tamen ea-
dem Genes. XXXV, 22. tantum כְּהֵפֶסְקִי i. e. 25. versus occurtere
majore probabilitate afferit. Quam facile enim הַcum נַעֲמָנָה con-
fundi possit, nemini non ignotum esse reor.

XVI.

Memoria lapsus est celeberrimus Castellus in oratione sua in
scholis Theologicis apud Cantabrigenses habita ad primam munieris
Arabici susceptionem A. D. 1667. Londini edita p. 28. dicens: נַעֲמָנָה
ex usu Arabum, etiam Hebreis denotare, qua motum ad locum, qua
ad loco, & per ad, in, versus, verti debere, nullus (quantum memini)
vel Grammaticorum vel Lexicographorum adhuc observaverit &c.
Verum equidem est, ab auctoribus non omnia loca, qua^x l. c.
allegat Dn. Castellus, observata fuisse: neque tamen Dn. Ca-
stellus

שְׁבָעָה, quo^x in regimine facit שְׁבָעָה (ut h. l.) i.e.
satur.

rubrum retulerunt. Sic enim C. Plinius Nat. Hist. lib. VI. cap. XXIII. p. 352. editionis Gronovianæ: Irrumpit deinde & in hac parte aemimum mare terms quod Rubrum dixerat nostri Cœlio Cœlium.

609.

stellus primus omnium hanc præpositionis מִ significationem observavit. Ita namque diu ante Dn. Castellum doctissimus Füllerus in Miscell. Sacr. lib. I. c. 4. p. m. 45. scripsit: מִקְרָם planissime exponitur eiς τὸν οὐρανόν, In vel Ad desertum. Rarus est hic usus particulae istius in Hebreæ quidem Lingua, in Arabica vero frequens, præsertim verbis appropinquantiis accedendi conjunctæ. Addatur B. nostri Glassii Phil. Sacr. lib. 4. tract. 1. p. m. 857. quæ in priori edit. est p. 662. Quin & ante ipsum Füllerum Junius & Tremellius Gen. XIII, II. מִקְרָם transtulerunt Orientem versus. Quid? quod ante hos omnes B. noster Lutherus hoc ipso loco, ut & Gen. XI, 2. מִקְרָם vertit optime: gegen Morgen. De vocabulo מִקְרָם notare denique lubet, quod, quum occurrat Gen. III, 24. in Hebraico textu, in Germanica tamen B. Lutheri versione τὸν gegen Morgen l. c. omissum sit per incuriam forte typographorum.

609.

XVII.

Cl. Vorstius, Amicus noster magnus, suam de Adagiis N. T. diatribam his verbis claudit: Matth. XXV, 24. & Luc. XIX, 21. legitur: ἡμέραν, ὅπερ τοῦτο εἰπεῖς. Metens, ubi non seminasti. Item quod ejusdem plane sententia est, Σωσίγων, ὅτιν διεποδέμας. Colligens, ubi non sparisti. & Αἴρεις, ὁ τούτον ἔθηκες. Tollis, quod non posuisti. Quæ quidem & ipsa Adagium sapere videri possunt. Hæc Dn. Vorstius. Et ita sane est. Confirmabimus ejus sententiam testibus ex Arabia accersitis. Nam apud Arabes

لا أَجْنَحُ إِلَيْ حَصَابٍ مَا لَمْ تَنْعِ

i. e. Ne para demetere, quod non servisti.

XVIII.

Dn. Castellus in Lexico Heptaglotto p. 3452. scribit, מַלֵּא inter alia etiam significare angulum. Dubio procul autem angulum non interiore, quem nos Germani einen Winkel / sed exteriorem, quem nos eine Ecke vocamus, intelligit. Quod ut ipsi quidem largimur in nonnullis locis Biblicis: ita concedere hanc significationem ei non possumus in loco Exodi XXXIX, 2. (quem ipse tamen citat, ostensurus, ibi vocem

E

מַלֵּא

tum halitum ve in ejus naribus esse, ac si jamjam exiturus sit. Esa. II.
22. His congruent verba Jobic. XXVII, 3. quoad halitus DE I in

וְעַשׂ קָרְנוֹתֶיךָ עַל אַרְבָּעָה anguli significatu gaudere) קָרְנוֹת i.e. Et fecit cornua ejus (altaris) super quatuor angulis ejus. Vocabulo קָרְנוֹת h.l. certe non subest angulorum notio, quem expresse קָרְנוֹת seu cornua altaris heic contradistinguantur eius פְּנִוָּה five angulis. Quænam autem fuerint cornua altaris, vide ex Talmude id recensentem Constantium L' Empereur Middoth p. 94. & seq. item p. 108. Addatur Genebrardus in Psalm. CXIX, 27.

XIX.

Apud Syros in structura Substantivi cum Substantivo nonnunquam posteriori eleganter præfigi particulam inseparabilem ס vel ו, observavit Grafunderus in aurea Syntaxi Grammaticæ suæ Syriacæ, p. 178. quem vide. Sed Grammaticorum Syrorum nullus adhuc animadvertisit, Nominis priori quoque addi, rarissime quantumvis, pronomen ס redundans per Pleonasmum, ut . . . בְּאֵת וְאֵת בְּאֵת Beatus ventris. i.e. beatus venter. Luc. XI, 27. & 28. Exempla enim, quæ Grammatici cum pronomine ס redundante adferunt, ita sunt comparata, ut posterius vocabulum habeat ?, non ו, ut in nostro exemplo. Quod si hic Syrorum loquendi modus in Accusativo positus occurret, (occurtere autem posse quis dubitet, cum enim in Nominativo sic loqui queant, cur ni & in obliquo casu?) dicerem, Æthiopismum esse, quippe in quo nihil frequentius est, quam ut Verbum Actuum regat Nomina, interventu affixi tertiar personæ & נ nomini sequenti præfixi, ut: מִתְּחִילָה Cruciferunt Christum. Conf. fid. Claudii R. Eth. Adjicio & aliud, quod apud Grammaticos non legas: Genitivum nimirum apud Syros, raro tamen, exprimi quoque per litteras ? & ו junctim præfixas, ut: מִתְּחִילָה vita æternitatis, i.e. vita æterna. Joh. III, 15. & 16.

XX. Si

rubrum retulerunt. Sic enim C. Plinius Nat. Hist. lib. VI. cap. XXIII. p. 352. editionis Gronovianæ: Irrumpit deinde & in hac parte aeminum mare tenuis. quad Rubrum diverso natis.

609.

608.

XX.

Si verum est, אָרִים & חֲמִים olim fuisse nomina primæ & ultimæ litteræ Alphabeti Hebraici, ut nonnemo vult, (vide celeberrimi Dn. Andrea Müller, Præpositi Berolinensis Ecclesie, Fautoris mei magni, Symbolas Syriacas, quas pronuper una cum aliis libris, quæ ejus in me est humanitas & liberalitas, mihi transmisit, p. 32.) dici posse videtur, Urim & Thummim fuisse typum Christi, qui se Apocalyp. I, 8. vocat וְאַ וְעַ, quod Hebraice efferres וְאַ וְתַ, quæ vocabulorum אָרִים & חֲמִים litteræ initiales sunt. Certe Talmudistæ tradunt, pectorali summi sacerdotis insculpta fuisse nomina Abrahami, Isaaci & Jacobi, & nomina duodecim tribuum, his etiam additum: בְּלֹאָה שְׁבָטוֹ וּרְשָׁאֵל quibus totum Alphabetum continetur..

XXI.

Ludovicus de Dieu in רְקוּד לְשׂוֹנוֹת הַקְּרָם five Gramm. Hebr. Chald. & Syr. lib. 2. c. 3. p. 72. notat apud Syros esse quædam Nomina dupliciter diminutiva, ut in Masculinis וְעַנְכָּה virunculus parvulus, וְעַנְכָּן fraterculus parvulus. In Femininis וְעַנְכָּהַ בְּנָה filiola parvula. Hæc ille. Quibus nos addimus: וְעַנְכָּהַ virunculus parvulus, וְעַנְכָּהַ בְּנָה reginula parvula. Quas voces in Abrahami Ecchellenfis, Collegii Maronitarum Alumni, lingue Syriacæ per brevi institutione ad ejusdem nationis studiosos adolescentes Romæ 1628. Syriace tantum, sine versione Latina, edita in charta duodecies complicata, lectas p. 90. & 91. quia nec in Lexico Castelli Heptaglotto, nec in ulla alia Grammatica Syriaca adparent, heic adferendas putavimus. Ex ejusdem Abrab. Ecchellenfis Instit. Ling. Syr. p. 91. adjicimus & sequentia, de nominibus diminutivis observanda, quæ frustra in reliquis Grammaticis Syriacis quæsieris: וְעַנְכָּהַ בְּנָה וְעַנְכָּהַ בְּנָה

וְעַנְכָּהַ בְּנָה וְעַנְכָּהַ בְּנָה וְעַנְכָּהַ בְּנָה

E 2

וְעַנְכָּהַ בְּנָה

tum halitumve in ejus naribus esse, ac si jamjam exiturus sit. Esa. II.
22. His congruent verba Jobi c. XXVII, 3. quoad halitus DEI in

Quæ sic interpretor:
Sunt (&) Nomina, quæ diminutiva sunt per geminationem litteræ radicalis, ut: **לְאָדָה** collectio, **לְאָדָהָה** collectiuncula.

tintinabulum, campana, nola, **לְוִילָה** campanula, nola minuta, (quam vocem Dn. Castellus in Lexico suo Heptaglotto p. 1015. male vertit puerum nondum rationis compotem. Quum enim **לְוִילָה**, ut patet, sit diminutivum a **וַיִּלְאָה**, quod vocabulum tantum *nolam*, *campanam*, *tintinabulum*, nunquam autem *puerum* denotat, quod vel ex ipsius Dn. Castelli Lexic.

Heptagl. l. c. adparet, inde facile collectu est, **לְוִילָה** perperam reddi per *puerulum* seu *puerum nondum rationis compotem*). **לְוִילָה** pelvis, paropsis, catinus. **לְוִילָהָה** paropsis parva. Quæ duo ultima vocabula eo libentius huc adscripsimus, quia neutrum in Lexico Castelliano, sed p. 1863. tantum Emphaticum **לְוִילָה**, quod ejusdem cum absoluto **לְוִילָה** significationis est, legitur. Ceterum ultimo loco placet Dn. Castelli Lexic. Heptaglotton in præsens seqq. verbis augere: (1.) **לְוִילָהָה** confusiones, quæ vox legitur apud Syrum alterum in Epistola Judæ v. 13. (vid. celeberrimi Pococki Notas in Epist. Judæ p. 65.) a Singulari **לְוִילָהָה**, quem exhibet Castelli Lex. Heptagl. p. 297. (2.) **לְוִילָהָהָה** ad labia pertinens, labialis, ut: **לְוִילָהָהָה** **לְוִילָהָה** i.e. litteræ labiales. Ecchell. Inst. Ling. Syr. p. 5. (3.) **לְוִילָהָהָה** ad guttur pertinens, gutturalis,

rubrum retulerunt. Sic enim C. Plinius Nat. Hist. lib. VI. cap. XXIII. p. 352. editionis Gronovianæ: Irrumpit deinde & in hac parte aeminum mare tempe quod Rubrum dicitur. Quod

609.

607.

turalis, ut: **לְפָנֶיךָ לֹא** litteræ guttunales. Idem l.c. (4.) **לְפָנֶיךָ** quatenus vim habet præpositionis *De*, ut: **לְפָנֶיךָ** **לְפָנֶיךָ** i. e. de litteris. Idem p. 7. & alibi passim. (5.) **לְפָנֶיךָ** i. e. collegium, gymnasium, schola. Idem in titulo *Instit. L. Syr.* (6.) **לְפָנֶיךָ** quatenus a Grammaticis Syris etiam accipitur pro *Nomine*, peculiari orationis parte. (7.) **לְפָנֶיךָ** quatenus iisdem Grammaticis sumitur etiam pro *Verbo*, peculiari orationis parte. (8.) **לְפָנֶיךָ** quatenus iisdem denotat idem, quod diminutivum fieri. (9.) **הַקֵּלָה** Hakel, Eccbella, nomen urbis, unde (9.) Adjectivum **הַקֵּלָה** Ecchellensis. (10.) **בְּעִילָגָן** i.e. **بَالْعَلَاجِينَ**. Et in utrisque curationibus seu artibus medendi. (11.) **בְּקָעָה** quod Rabbinis significat productus est, & in hac significatione occurrit in **כְּחָרָה** R. Salmonis F. Gabiroli. (12.) **צְבָקָה** quatenus præter justitiam significat (1.) benignitatem & porro stipem, quæ ex benignitate datur, seu eleemosynam. Psalm. CXII, 9. &c. vide Cl. Vorstii, nobis amicissimi, *Hebraismos N.T. part. 1. c. 2. p. 57.* & seq. (2.) felicitatem. Esa. XLIX, 18. & Nehem. II, v. ult. Conferantur Constantini L' Empereur annotat. ad Mos. Kimchii ḥidushayim ad scientiam p. 227. Desiderantur in eodem Lexico Castelliano & quidem e solo cap. I. Genes. a vers. 1. usque ad 4. sequentia vocabula Samaritica: (1.) **רַיְקָנִי**, **רַיְקָנִתָּה**, **inani**s, v. 2. (2.) **קְצָבָה**, **קְצָבָה**, **caligo**, vers. eodem. (3.) **תְּהֻמָּה**, **תְּהֻמָּה**, **abyssus** ibid. quæ vox sine emphatico scripta, nempe **תְּהֻמָּה**, idem significat, quod **אַתְּ** **תְּהֻמָּה** i. e. terminus, permutatis inter se, more solito, gutturalibus **תְּ** & **הָ**. (4.) **רוּחָה**, **רוּחָה**, i. e. spiritus. E 3 ibid.

tum halitumve in ejus naribus esse, ac si jam jam exiturus sit. Esa. II.
22. His congruunt verba Jobi c. XXVII, 3. quoad halitus DE I in

ibid. Nam **רֵיחַ** cum Zere significat odorem. (5.) **שְׁאַלְעָם**,
i.e. aqua. ibid. (6.) **נֶחָרָה** **לְכֹבֶד** lux. vers. 3. (7.) **מִירָאָה**
idem. vers. 4. Quamvis enim harum vocum defectus ex He-
braismo, Chaldaismo & Syriaismo sarciri possit, necessarium
tamen erat, & illas in Lexico ponи, ut lector certus sit, etiam
has apud Samaritanos esse usitatas¹, sicuti & multa talismodi
vocabula Lexico suo inseruit Dn. Castellus. Sed & alia omisit,
quorum significatio ex aliis linguis non hauritur, v.gr. vo-
cem **אַפְּלָקָה** **אַבְּרָנָה** i.e. diluvium, Gen. VII, 17. & c. X, 32. Li-
cet enim hae vox Chaldaeis & Syris quoque in usu sit, quibus
אַבְּרָנָה est perditio, diluvium tamen sonat non nisi Samarita-
nis, qui alias diluvium perinde, ac Hebrei etiam **אַפְּלָקָה**
vocare solent. Vid. Gen. IX, 15. Alia alio tempore sup-
plebimus, finientes heic nostras observationes, sancte testati,
nos eas non scripsisse ea fini, ut magnorum viororum erratis
insultemus (fieri enim facile quoque potuit, ut & nosmet in
his observationibus nostris nostros passi simus manes) sed
solius veritatis eruendae gratia. Scilicet interest cultoris Lin-
guarum Orientalium, veros ac genuinos vocum significatus
nosse. Coronidis loco placet & hoc addere: Correximus Ca-
stellii Lexicon Heptagl. p. 3462. lin. ultima, in nostris observa-
tionibus philologico-criticis, & quidem in observatione XV.
circa finem, dum pro *lucrī osor* legendum esse *lucrī esor* osten-
dimus. Jam vero, sicut ibi veram lectionem in Latinis resti-
tuimus; ita heic eidem restituemus veram lectionem vocum
Persicarum in eadem linea occurrentium. Scribitur scil. pag.
cit. **סֻרְחָה** **חוֹרָה** (lucrī osor) sed utraque vox est corrupta, le-
gique debet: **סֻרְחָה** **חוֹרָה** Persice enim est: **סֻרְחָה** **חוֹרָה** Matth.
XIX, 17. & c. V, 46. Est autem **חוֹרָה** 2. singularis imperativi.
qua non raro, ut etiam h.l. fit Nomen, nulla facta mutatione,
nisi quod assumatur in principio Nomen, cum quo fiat quasi
una vox. Vid. Lud. de Dieu Rud. Pers. p. 53. Poteſt tamen etiam
pro Castelli scribi **חוֹרָה** transpositis נ & ר. Nam **חוֹרָה**
significat edentem, edacem, estque Participii Præsentis.
תְּבִנָּה **תְּבִנָּה** **תְּבִנָּה** **תְּבִנָּה** **תְּבִנָּה**
תְּבִנָּה **תְּבִנָּה** **תְּבִנָּה** **תְּבִנָּה** **תְּבִנָּה**

rubrum retulerunt. Sic enim C. Plinius Nat. Hist. lib. VI. cap. XXIII. p. 352. editionis Gronovianæ: Irrumpit deinde & in hac parte geminum mare terras, quod Rubrum dixerunt nostri. Greci Erythrum

609.

608.

COROLLARIA.

I.

N observationibus nostris philologico-criticis & quidem observat. II. inter alia correxi locum **Æthiopicum Rom. XI, 22.** ስእሰንበት ወደዚህ አዎች የሚጠቃል ተስተካክለ የሚጠቃል qui in Bibliis Londinensisibus Polyglottis male vertitur h. m. in illos qui ceciderunt, ex tempore animadvertis; quam mendosam versionem Wanslebius in appendice sua Lexici Ludolfiani p. 548. & ipse Dn. Castellus in Lexico Heptaglotto p. 2705. sequuntur. Deprehendimus tamen, suboluisse quoque Dn. Castello in Lexico Heptaglotto p. 978. in Rad. የዚህ, latere sphalma in vocibus ስእሰንበት ወደዚህ. Sic enim loquitur: ስእሰንበት ወደዚህ (significare) severe animadvertis. Rom. XI, 22. ስእሰንበት ወደዚህ ut unum autem vocabulum melius leg. fo. pro ስእሰንበት adjudicavit eos. Hactenus Castellus. Sed non satis feliciter mendum tollit. Utique enim (ut observatione supra allegata contendimus) legendum: ስእሰንበት i.e. excidit eos. Sic enim non opus est, ut mutetur aliqua littera, quod fecit Dn. Castellus, & præterea verbum adjudicandi heic non habet locum. Ecquis enim quæso sensus his verbis gignitur: illos, qui ceciderunt, adjudicat? imperfectus sane. Perfectum vero habent sensum hæc verba: Illos, qui ceciderunt, excidit; ut nos l.c. exposuimus.

II.

Porro in observationibus nostris philologico-criticis num. VI. ubi adduximus locum e Genes. XXII, 14. וַיֹּאמֶר אֶל־אֶבְרָהָם שְׁמָךְ־תְּמִיקָה תְּהִיא וְהַדְּבָרִים אֲשֶׁר־יְהוָה וְהַדְּבָרִים אֲשֶׁר־יְהוָה וְהַדְּבָרִים אֲשֶׁר־יְהוָה Et-vocavit Abraham nomen-loci istius || Dominus videbitur || vel cum B. Luthero, qui Rabbinos Grammaticos cum suis punctis & Kametz h.l. se negligere scribit, Dominus videbit || monemus esse lacunam, & per incuriam aliquot lineas omissas fuisse, quam h. m. supplemus: וַיֹּאמֶר אֶל־אֶבְרָהָם שְׁמָךְ־תְּמִיקָה תְּהִיא וְהַדְּבָרִים אֲשֶׁר־יְהוָה Et-vocavit Abraham nomen-loci istius || Dominus videbit || ubi obiter addimus, accentuationem in posteriore hujus

tum halitumve in ejus naribus esse, ac si jamjam exiturus sit. Esa. II.
22. His congruunt verba Jobi c. XXVII, 3. quoad halitus DE I in

hujus versus membro minus bene se habere, nec textui ejusque antecedentibus congruere: Verba sunt hæc: **אָשֶׁר וְאַצְלָה** רֹאשׁ בְּחֵר יְהוָה וְרֹאשׁ
quel, si accentuum positum sequi velis, sic vertenda: *Iccirco dicitur hodie: In monte Domini videbitur.* B. enim Lutherus Rabbinos Grammaticos cum suis
punctis & Kametz h.l. se negligere scribit, vertitque, *Dominus videbit.* E quibus B. Lutheri verbis patet, quod non tantum
in interpretamento suo ab accentuatione, quæ fundit sensum
prorsus incommodum, sed & ab ipsa vocis **רֹאשׁ** punctuatione
recesserit. Legi enim voluit cum Hieronymo **רֹאשׁ** non
רֹאשׁ, quæ sententia B. viri nobis maxime arridet, ita ut vox
habens Merkam rectius per Tiphcham divellenda sit a
voc. **רֹאשׁ**, quæ notatur τῷ Tiphcha, pro quo rectius pone-
retur Merca, ut hic emergat sensus: *In monte (in quo) Dominus videbit.*

III.

In corollariis observationum nostrarum philologico-criticarum Curtium erroris insimulavimus, dicentem lib. V.
cap. i. *Tigrim & Euphratem per Babyloniorum fines in rubrum mare prorumpere*, quum non in mare rubrum sive sinum Arabicum, sed in sinum Persicum se exoneret, commentatores in Q. Curtium id non annotasse, mirati. Et sane ita est. Constat enim, veteres Geographos mare rubrum a sinu Persico sat is distinxisse. Sufficiat nobis retulisse verba Strabonii Rer. Geograph. lib. XVI. p. 526. ex edit. Casauboniana, sic habentia: Ταύ-
της (Σδαιμονικός Αρχείας) ἦ τὸ μὲν περιστέλλον τὸ λεχθεῖσα
ἔστιν ἔξην Θώρακος ἐπον (lege ἐῶν) ὁ Περσικὸς Κόλπος, τὸ δὲ ἔστε-
ρον ὁ Αράβης, τὸ δὲ νότον ἡ μεγάλη θαλάσση ἐξώ τὸν κόλπων
αἰμοῦν, ἦν απασαν Ερυθρὴν καλλών οὐλ. i. e. Cuius (felicis Ara-
biæ) septentrionale latus faciunt jam dicta deserta, orientale Per-
sicus sinus, occidentale Arabicus, austrinum mare magnum, quod extra
utrumque sinum est. Idque totum mare Rubrum vocatur. Possu-
mus tamen eundem Curtium ab errore quoque liberare, si dic-
camus, eum more nonnullorum veterum Geographorum
loquutum esse, qui sinum Persicum interdum etiam ad mare
rubrum

rubrum retulerunt. Sic enim C. Plinius Nat. Hist. lib. VI. cap. XXIII. p. 352. editionis Gronovianæ: Irrumpit deinde & in hac parte geminum mare terras, quod Rubrum dixerunt nostri, Græci Erythraeum a rege Erythra, aut (ut alii) Solis repercussu talem reddi colorem existimantes: alii ab harena terraque, alii tali aquæ ipsius natura. (Sequitur cap. XXIV. quod tamen in Chiffletio cum superiori capite continuatur:) Sed in duos dividitur sinus. Is qui ab oriente est, Persicus appellatur XXV. M. passuum circuitu, ut Eratosthenes tradidit. Ex adverso est Arabia, cuius XII. mill. pass. est longitudo. Rarus altero ambitur sinus Ambico nominato. Repperimus etiam, Freinsheimum quidem in Commentarii Curt. id annotasse, verum non ad lib. V. cap. i. de quo libro & capite illud corollarium intelligi volumus, sed demum lib. IIX. cap. 9. num. 5. ubi ad verba: Rubro mari hæc commentatur: Quia apud veteres hoc nomine non tantum Arabicus & Persicus sinus, sed & vastum illud & magnum mare Indicum veniebat, ut in admirandis i. 3. docet Lipsius.

I. V.

Niphal non est passivum & Kal.

V.

Grammatici ad unum omnes adserunt, tria verba in tercia singulari Præteriti in Piel sæpe pro Zere habere Sægol, ut: **לִכְתָּה** locutus est, **לִבְנָה** lavit, **לִמְנָה** expiavit. Addit Dn. Wasmuthus in Grammat. Hebr. his verbum **לִמְנַת** i.e. mentitus est, abnegavit, quod ter reperi ait cum & retracto accentu, ob vicinitatem sequentis accentus. p. 95. reg. 25. membr. 3. Enimvero si accuratius hæc inspiciamus, non opus est, ut configiamus ad anomalicam formationem, cum regularis nobis suppetat. Scil. verba illa tria desinunt regulariter in Zere, quod autem interdum in terminari illa deprehendimus, illud inde est, quia subintelligitur vinculum Makkeph, quod vocem præcedentem privat accentu suo, & id propter terminalis longa.. mutatur in analogam brevem, nempe , juxta regul. Schickardi. Eadem est ratio vocis **לִמְנַת** quam adjicit Dn. Wasmuthus. Nam ob accentum retractum versum fuit in , secundum regulam jam citatam. E quibus patet, non solum quatuor hæc verba citata, sed & omnia reliqua, posito tali casu, in posse desinere.

F

VI. Sic

LIPSIAE,
LITERIS ANDREAE ZEIDLERİ. M DCC XXII.

V I.

Sic Grammatici quoque dicunt unanimi consensu, Pathach furtivum s̄epe rejici ad præcedentem litteram, extrudendo ejus vocalem (.) vel (?) v.gr. pro נְטַע plantans עֲנָזָן, & יִצְמַח i.e. germinabit נְצַמֵּת dici. Vid. Dn. Wasmuthus in Grammat. Hebr. pag. 7. Sed quomodo (.) furtivum in his vocabulis transferatur ad penultimam litteram, equidem videre non possum. Si enim (.) in נְטַע esset furtivum, legi deberet ante suam litteram, quod quām non fiat, facile liquet, Pathach furtivum non transferri ad litteram penultimam; sed pōtius dicendum esse, Chirek magnum vel Zere mutari in Pathach scil. vulgare.

VII.

Nomina propria פָּרֹשׁ & כְּרוּשׁ minus recte punctata esse videntur a Maforethis peregrinarum rerum & nominum rudibus. Nam si consonantes harum vocum aliis vocalibus animes h. m. כְּרוּשׁ & כָּרֹשׁ, respondebunt ex asse nominibus ΔΑΡΕΙΟΣ & ΚΤΡΟΣ.



On sedisse juvat temet, H o é! semper in umbra:
In lucem penitras ingeniumque colis.
Gratulor hos ausus. Sic perrexisse pigebit
Te nunquam. Excipiet messis opima sata.
Benevolentia testandæ causâ app.

Johannes Musæus D. & P. P.

*N*on nisi certantis cinguntur tempora ferta,
Tantum vincentes munera larga ferunt.
Egregie certas, dum differis ore diserto
De linguis, cingent tempora ferta tua.

Gratul. scrib.

Frid. Bechmann D. P. P.

P Lurima de variis linguis defendis, Amice!
Præmia, ne dubites, te varia inde manent.
Depropemb.

Joh. Frischmuth P. P.
PRÆ-

Ioquatum esse, qui finum Persicum interdum etiam ad mare
rubrum

17
70.
P R A E S E S
Pereximio atque Praestantissimo Juveni
D N. J O. S I M O N I Hoë/
Philo-Theosophia & Linguarum Orientalium
Cultori strenuo, Auditori suo affiduo,
Fautoris & Amico sibi carissimo
S. P. D.

QUAM perverse hodie plerique sua tractent studia, locupletissime testes sunt cordatorum virorum querelæ, haut injuria metuentium, ne barbaries pristina denuo in Remp. litterariam invehatur. Quotusquisque etenim hodie non ea ferre discit, quæ deinceps ipsi sunt iterum dediscenda. Plerique solidis Philosophia & spinosis quæstionibus delectantur, neglectui habitis humanioribus studiis. Nonnulli, paucissimi quantumvis, duntaxat in Philologia adyta se penitent, spretis Philosophicis disciplinis maxime necessariis. *Enim vero utriusque a via regia aberrant.* Philosophia namque ac Philologia amice conspirant & sororio nexus copulantur ita, ut altera alterius opem poscat. Hæ duæ sunt alæ, quibus volare, duo sunt pedes, quibus infistere, duo sunt oculi, quibus cernere debent Theologia & litaturi. Vah! quam longe aliam viam inis, Amice optimè! quam qui sine accuratiori humaniorum litterarum cognitione adeoq; illotis manibus studium Theologicum attingunt. Nam præter Philosophiam, cui *die fæcias* omnem debemus, etiam non humaniora tantum & castitas sermonis tibi curæ cordiq; sunt, sed etiam penitus iis es imersus. Non in sola Latina, Græca Hebraicaq; Lingua temet exerces, sed ceteræ quoq; Orientales ad unam omnes tibi arrident, probe gnaro, ei soli, qui reliquis Anatolicis juvatur Linguis, ad Hebræum idioma pariter penitus ac accuratius percipiendum aditum patere. Certe gravissima vox est celeberrimi viri *Dn. Edmundi Castelli* præfatione in Lexicon Heptaglotton: *Pace doctiorum hoc mihi videtur extra dubium, neminem esse, qui harum linguarum (Hebrææ scil. Samaritanæ, Chaldaicæ, Syriscæ, Arabicæ, Æthiopicæ, Persicæ) vel unam affequi queat perfete & accurate, qui non intelligat*

F 2

omnes.

L I P S I A E,
LITERIS ANDREÆ ZEIDLERI. M DCC XXII.

omnes. Gratulor itaque tibi tuos in hoc studiorum genere
profectus, quippe qui textui S. Scripturæ avthentico juxta ac
versionibus orientalibus omnibus legendis ac consulendis
sufficis, apud animum tuum expendens, versionum versioni-
bus fidere esse alienis oculis videre alienisque auribus audire.
Macte tua virtute campum huncce porro decurre, & erit, de
quo & tibi & Evergetis tuis magis magisque gratulari habe-
bo. Sic enim facies, ut Patroni tui sentiant, se homini diligen-
tissimo æque ac gratissimo benigne fecisse.

خَرِيفُ أَنَّا الْتَّهَمَاءَ أَعْطَيْ مُدَامَةً
لَكُنْ أَنَّتْ يَا حِبَا عَرِيزًا عُبَيْدَةً
عَنْوَتْ الْتَّهَمَاءَ الْخَيْرَ الْأَنَّ مَظْفَرٌ
إِلَّا أَنَّتْ خَيْرٌ أَنَّتْ نَطَسٌ مُوقَرٌ

*Hisce brevibus prolixum adfettum erga Dn. Re-
spondentem significatum ivit*

Gabriel Reusselius, Malchino Meckelburg.

دَمَّكَاهُ لَمَّكَاهُ لَمَّكَاهُ
ذَمَّكَاهُ لَمَّكَاهُ لَمَّكَاهُ

*Ita Eximio ac Prestantissimo Dn. Jo. Simoni Höen/Achati
suo exoptatissimo, quando egregium diligentia
suscipiente edebat, gratulabatur*

Cunradus Rudolphus Herz/Phil. & Theol. Stud.

CRescunt è studiis mentes, labor ardua vincit,
Omnia, nec terræ spissis habitatur in umbris;
Huncce Vacuna fugit, credas, cane pejus & angue,
Non temere Hesiodus cecinit, quòd sedula cura,
Omne opus efficiat, si recte impenderis illam,
Cura laborque altæ vicerunt mœnia Trojæ.

Quæ-

Ioquutum esse, qui sinum Persicum interdum etiam ad mare
rubrum

Quærrere si liceat mihi jam Patruelis Amande,
 Quo pacto linguas? quâ alias tractaveris artes
 Tam varias? reddes responsum tale: Labore.
 Præsens hocce tuum specimen testatur abunde.
 Hinc meritò grator Tibi de successibus istis,
 Et precor, ut servet mentem Deus alta petentem.
 Nostræ deliciæ, mea sic eris alma voluptas.
 Servet Patronos, tibi quos concessit, Iova,
 Auxilio quorum possis contingere metam.
 Quis, quæso, dubitat, quin istis ausibus altam
 Invenias portam, qua summi ducier alta.
 Per juga Parnassi potis es, quo tendis. Id optat

Boni omnis ac amoris ergo Patrueli plurimum dilecto fac.
 Johannes Georgius Höë/ Phil. Stud.
 Alumn. Schwartzburg.

Undique certando dum prælia magna geruntur,
 Nominis & summi virtute parantur honores:
 Non Tua sedulitas friget, sed prælia clara
 Ignea vis animi, mi suavis Amice, capessit.
 Hinc quoque Te nomen, decus, atque brabæ manebunt.

Sinceri affectus ergo stante pede deproperabat
 Johannes Casparus Cargius, Neostadio-Orlanus;
 Phil. & SS. Theol. Studiosus.

So tritt Er/werther Freund/ im Weisheits-Tempel auf/
 Und richtet wolbereit zum Mäzen seinen Lauf/
 Er schwinget sich empor zur hohen Künste Hûgel/
 Durch hochgesinten Geist und steten Fleisses Flügel.
 Nun wol! Nur frisch gewagt/ dis ist der erste Schein/
 Man hoffet keine Frucht/ wo nicht erst Blüten seyn/
 Zur Blüte wünsch ich Glück! Er zeig auch bald die Früchte/
 Er mache Monns Hohn und Neider-Gift zu nichts.
 Joh. Philip. Schacht.

MEin Freund der richtet sich nach den beährten Zeiten/
 In dem sein heißer Gleiß reicht schöne Früchte bar.
 Man führt klar genug der Gaben Tressigkeiten/
 Die Er Ihm angeschafft durch seiner Jugend Jahr.

Zwölf

LIPSIAE,
 LITERIS ANDREAE ZEIDLERI. M DCC XXII.

Zwar wundern braucht es nicht / es sprossen schöne Sprossen /
Die in bequemer Zeit ein frisches Wasser tränkt.
Die wohlgeflogne Saat ist in die Höh geschossen /
Das sie von Körner-schwer zur Erden sich gelenkt.
Du steigest nun mein Freund mit Früchten hoher Sinne
In eine Ehren-Höh und grünest trefflich schön.
Du zeigst daß dein Gemüth durch treffliches Beginnen
Sich einsten werde noch ans SternenGold erhöhn
Was Sprachen kanstu nicht / die Du auch hier geschrieben /
Darinnen dein Gemüth sich loblich hat geübt.
Das hastu Tag vor Tag und Nacht und Tag getrieben /
Weil diese Wissenschaft dein weisen Sinn geliebt.
Ich wünsche Glück und Ehr zu solchen Künste-Proben /
Es wird Saalinne Ihn draub rühmen früh und spät /
Und dieses fremde Volk wird seine Tugend loben /
Von derer Sprachen Er so schön geschrieben hat.

Dieses wenige schrieb in schneller Eil zu Ehren seinem viel-
geehrten Herrn Vettern Johann Simon Höe bei
dem Saalaniischen Museu-Strande


Heinrich Wolff von Saalburg aus Vogt-
land beyder Rechten Studiosus.

Errata accurate collecta.

IN summariis lin. 32. lege אַחֲרֵי־זָבֵחַ. Observ. II. lin. 25. lege
induerentur. Ibid. lin. 33. lege optimum. Ibid. lin. 55. lege
לְקֹדֶשׁ בְּנֵי־יִשְׂרָאֵל. Ibid. lin. 19. lege Äthiopes. Observ. VII. lin. 13.
lege יְהִינָּה. Observat. II X. lin. 12. dele suorum. In observ. IX.
lin. 14. leg. et iam. Observ. X. lin. 1. leg. Genes. XXII. Ibid. lege
חַטָּאת. In observ. XI. lin. 9. lege נַמְפָעָת. Ibid. lin. 57. lege
duabus. Observ. XII. lin. 55. & 63. lege אַחֲשֹׁן. Ibid. lin. 57. bis
pro qui l' ont. leg. que l' or. Ibid. lin. 33. pro peu
leg. peut. Ibid. lin. 37. leg. diroys. Observ.
XXI. lin. 58. leg. Salomonis.

loquutum esse, qui sinum Persicum interdum etiam ad mare
rubrum





DE ZIZ SADAL.

31

iapposuere, qvorum duos modò laudamus, Con-
pereur, qvi paucis rem executus est, in præfatione
is Kimchiū p̄emissā, & qvi prolixius atque ex in-
eodoricum Hackspanium tractatu integro de Scri-
min Theologia usu vario ac multiplici, cuius lectio
ndanda iis, qvi, cùm ipsi se harum literarum ru-
nequeant, aliis qvoqve pestilenti conatu persva-
l hac omnia ad farinam. Qvod qvidem omnium,
negligunt, intercalare carmen, jamdudum lepidè
leinsius in Aristarcho fol. 699. & nec aliam scientiam
dfœnum quicquam conferre, qvō boves, aut ad car-
iscuntur.

pro assertione nostrâ unum saltem argumentum
colligimus: Cui Elenchus anti-Judaicus deman-
dorum Rabbinicorum, ipsarumqve fabularum Tal-
litio est summè necessaria. Atqvi Doctori Chri-
sti-Judaicus demandatus est. Ergò. Majorē
robamus ab officio illius, qvi cum adversario
greditur, qvippe qvod primò omnium reqvirit,
tentiam ac theſin probè cognitam perspectamqve
B. Dannhauerus in Idea boni Disp. & malit. Sophistæ
I. p. 90. Difficile eſt, inquit, alios refutare velle. Hoc
t, niſi ejus, qvi cum disputat, principia, hypotheses,
& exactè intelligat, ne ludibrium perſoluat ſuo adver-
ſignationem justam. Tum verò in specie à diffi-
cium anti-Judaicarum, qvæ majorem tam circum-
m cognitionem Judaicarum theſium reqvirunt,
tum eſt à Josepho Scaligero in Excerpt. p. 185. Judei
nt, ſunt subtiles, inquit. Iuſtinus Martyr, qvam mi-
nem ſcripsit & Tertullianus? Debet eſſe valde peritus
deos volet reprehendere & refutare. Hac ille. Mi-
ra litera Tit. I, 19. ſit ḥuvaroς τες ἀνθέγοντας
verò inter omnes ἀνθέγονες primi & præcipui
te jurati hostes crucis Christi. Concluſio denique
ſimul

v cognitio v
" " diſputat
" " ſignat v
" " nulli v
V j v Alc
v fabulari
ca